



LACRYMÆ SACRÆ,
IN FUNERE PUBLICO
ILLUSTRISS^z PRINCIPIS
AC DOMINÆ,
DN. DOROTHEÆ
SIBYLLÆ,
MARCH^s EX SERENISS^s
ELECTOR^m BRANDEBURG^m
DOMO,
DUC^{is} SILESIAE
LIGNICENS^{is} AC BREGENSIS
PR. EID. MAIAS
AN. cl. lccxxv.
INTER SUSPIRIA ET EULOGIA
PROFUSÆ.

BERNHARD.

Bona mors iusti, propter requiem; melior propter novitatem; optima propter securitatem.



537354

Ad
BEATAM ANIMAM
Illustrissimæ Principis ac Dominae &c.
CONGRATULATIO,
ex manu ductione dicti, Apocalyp:

14. v. 13. Beati mortui &c.

SANCTA ANIMA, exuviis terrena libera molis,
Admissa ad REQUIEM DOMINI sedesq; beatas,
IN DOMINO MORTIS MORIENDO VIVIDA VICTRIX,
SANCTA ANIMA; Angelicis quamvis nunc addita turbis
Et tota immersa in DOMINUM, non terrea cures,
Nec nostra alloquia, & quicquid gerat hic miser orbis:
Sit mihi fas, saltem hoc pietatis munere sero
Defungi; & postquam comitari CORPORE CORPVS
Deposuit illustri exequiis Illustribus VRNA
Non licuit, comitari ANIMAM, per sancta vagantem
Olim SENS A, at nunc EFFECTVS inde secutos
Cælestis DICTI; quo nos de MORTE, JOHANNES,
DEVICTA IN DOMINO, docet; & meditamine sancto
ATE MONSTRATOS tecum decerpere FRUCTUS,
Felix, ô nimium felix, cui SPIRITVS ALTO,
Effusus, CORDI impressit tam nobile Dictum,
Impressit CORDI & VITÆ! Nam VIVERE dudum
MORTE occæpisti, dum vita hæc fluxa maneret;
Dum fluere sine nube dies, dum nulla secaret
Conspicue latum vita crux atra tenorem.
Sortita ILLUSTRIS hospitium de SEMINE Avorum;
Ipsa at NATA POLO, MAIORIS CONSCIA STIRPIS,
Hoc potius CORPUS MACTANDUM, Quotidianâ
Duxisti MORTE IN DOMINO, qui prævius IPSE
Hoc iter EXEMPLO & MONITIS & VIRIBUS ipsis
PROMERITIS monstrat: queis tu de CORDE fidei

A 2

Cre.

Credula, tam duram haud metuebas sub DVCE TALI
 Ire viam, DIFFISATIBI, CONFISA sed ILLI,
 Qui dixit nobis abiens: CONFIDITE, MVNDVM
 Vici EGO. Sic ILLI ut foret HÆCTVA VITA dicata,
 Ipsa MORI TIBI malebas, nec vivere CARNI
 Nec MVNDO, quanquam tunc in Mundo esse, necesse,
 Atq; in carne, fuit: sic vis DIVINA trahebat,
 Sic TOTO jamdudum habitans in PECTORE CHRISTVS,
 Inde sequebatur: DOMINVS cum VITA SIT IPSA,
 VT MORIENS IN EO, VITA MORERERIS IN IPSA,
 Et fieret MORS VITAE tibi, VITA VNICA CHRISTVS.
 Hinc non miramur spirantes non nisi CHRISTVM
 EFFIGIEMQ; Ejus mores, flammamq; superni
 IN DOMINVM AFFECTVS & in ILLIVS OMNIA MEMBRA
 PROPTER EVM, THALAMIQ; ILLA ORNAMENTA jugalis,
 Munificamq; manum in miseros; & singula fando
 Quis memoret? loquitur melius res ipsa tacendo.
 Nempe ita per Mortem admissus sub pectoris IMO
 VIVEBAT DOMINVS, quod Tu tunc vivere nobis
 IPSA videbaris, caelestis REGVLA VITAE.
 Longe aliter, quam vulgus iners, quod vivere vitam
 HAC SINE MORTE sibi persuadet posse beatam:
 Et saltem in labris cerebroq; haud CORDE FIDELI
 Nec VITA Ex CORDIS sincerâ sede profectâ,
 CHRISTVM VANA gerit; veluti sic PALMITE vivo
 Prodirent TRIBVLI & SPINAE, NON nobilis VVA,
 Aut SIBI DISSIMILIS FORET VILLO IN PECTORE CHRISTVS.
 Osi DELICIAS sciret, si Dulcia Mella
 Et GVSTVM ALTERIVS VITAE SVB MORTE latentem
 SPIRITV ALI istâ! sed iis qui vivere SENSV
 EXTERNÆ CARNIS malunt, sunt abdita cuncta
 TALIA, quæ SOLIS IN SE MORIENTIBUS affert
 VITA hic incipiens CHRISTVS, pleneq; daturus

Ven-

Venturâ in vitâ; quam Tu nunc PLENIVS hauris
 Tandem dissecto LAQUEO MVNDIQ; tuâq;
 Carnis & in Solo vivens nunc Libera Christo.
 MORS ita maturè coepta & producta per avum
 In Lucrum verè Cessit, postremaq; felix
 Hora fuit, planè occisæ victoria Mortis.
 Ecquid enim Damni patimur, dum Frangitur Hostis,
 Atq; hebetat veræ necis exitialia sensim
 Instrumenta, pia custos crux sedula vita?
 Illa Tibi à DOMINO prae grandis muneris instar
 Auxiliq; immissa loco, quò pergere captum
 Hoc melius posses cursum, Crucifixaq; morbo
 Spiritui parere Caro, Mundiq; videre
 Stultitiam & Fastum Miserum irridere valeret.
 Hoc veniente Austro quàm suavem nardus odorem,
 Et crocus & castia & devoti unguenta dedere
 Pectoris! ut tota hoc DOMUS & jam Slesia tota
 Fragret adhuc, mentesq; hominum perfundat inertos.
 Tunc demum patuere illa sub pectore clausa
 Divitiæ Fidei, Lucisq; & calica verbi
 Salvifici Secreta, diu quæ mente fideli
 Abdideras; tunc se Spes & Patientia vitrix
 Atq; Amor Ætherei Sponsi velut ignea lampas
 Explicuit, viresq; simul duplicavit eundo.
 Membra labant, sed vita viget Surgitq; Cadendo:
 Tabescit corpus, sed spiritus emicat ardens:
 Deficiunt vires carnis, sed nobile robur
 Perficitur cordis, non hac Terrena Petentis:
 Perficitur Languore vigor, crescitq; Dolendo.
 Venturæ Gustus vitæ Coeliq; Voluptas.
 Non aliter, quam de Cælo sacer ignis aperto
 Effusus super altaris donaria quondam

A 3

Depo

Depopulabatur positos libaminis agnos:
Ibat flamma vorax, divini Nuncia Amoris,
Signum acceptati doni culpaq; remissa,
Ibat depascens adipem tenerasq; medullas,
Ossaq; stillantesq; sacrati corporis artus,
Comminuendo vicens: & quò magè terrea moles
Absumebatur; tantò magis illa favillas
Conduplicans, longo seriebat sidera tractu:
Donèc terreno absumpto, totoq; Holocausto
In flammam verso, superas remearet ad auras.
Talis forma tui Discessus visa, tuaq;
In Terris vitæ: Morientem funere tali
In Domino petere atthereas te vidimus oras.
O mortem Vitæ Fabricam cunctisq; fluentem
Divitiis cæli! quâ se Tibi porta quietis
Expandat, referans Cœlestis Sabbatha vitæ,
Sabbatha cæpta solo dudum, perfectaq; Coelo.
Hæc requies Domini, quâ nos Requiescere jussit
De vitâ mundi vanisq; laboribus omnes;
Quâ Domino Hospitium purum vacuumq; parare
Et conversari in Cœlis Christoq; fruisce
Omni conatu mentis, tum Pectoris omni
Affectu; & terra hac aliena relinquere mundo.
Hæc Requies Domini, Speratæ ad regna quietis
Præludens, de quâ nobis in codice sancto
Dicitur, quòd sit cum Christo hæc Abscondita vita,
Qua tamen adventu critico illius Apparebit,
Illustris cæli radius & lucis Honoræ.
Ad quam per Moysen Dominus monstrantibus umbris
Abramidas Canaën per desolata petentes
Tesqua quater denas per messes sponte vocavit.
Ast illi pleriq; aures ocludere dictis,

Ter-

Terrestri in Canaë requiem sibi constituentes,
Non in mandatis Domini: periere per iram
Illi absorpti. Namq; ipse offensus iniquis
Illorum factis, juravit fervidus irâ,
Non ingressuros requiem; quia nulla sequendi
Visa fuit species, vana est jaçtantia fidæ
Illorum Fidei. sed qua tunc dirasub umbris
Evenere illis, propter nos facta fuere:
Illorum Exemplo ut moniti sapiamus, & omnem,
IN CHRISTI obsequio discamus CORDE FIDELI
Dum sumus IN TERRAE DESERTO, ponere Pacem
Et Christi obsequium triplici de munere manat
Officii Triplicis. Nec enim nos Credere Tantum
Ille Sacerdotis munus vel vulnera jussit:
Verùm etiam Regis mandata, atq; abdita mundo
Stultitiæq; diu damnata hæc verba Prophetæ.
Hæc Tibi jam dudum persuasit Mortis amata
In Domino Studium: nunc verò quicquid acerbum
Hæc in parte fuit, Misere cessatio vitæ,
Et Totum exhaustit lætæ victoria Mortis:
Cumq; prius tantum cessares à male suado
Carnis amore tuæ, & curis, quæ in Terrea vita
Afficitur, Requiemq; tuam ad vestigia Christi
Cum Mariâ eligeres, Quæ pars est optima vitæ,
Non tamen à curis æternæ libera vitæ,
Nec sine conflictu, multisq; Laboribus isthac
Cœlipetis Tibi vita fuit; nec reddere Amarum,
Hospitium Mundi & Carnis crux desinit unquam.
Nunc verò cunctos, etiam hos exuta Labores
Reddita Perfectæ gaudes sine fine Quietis:
Et quod suave jugum, quod onus leve se tibi quondam
Exhibuit, nunc cessat onusq; jugumq; vocari,

Sed

*Sed Totum facile est, totum dulcedo per ævum,
Totum Sponte fluens, totum sine tempore fluxo,
Et vicibus, quibus hæc subjecta in Corpore vita est.
Scilicet in Christo, cujus Possessio plena,
A modò, post tantos Tibi contigit, ecce, Labores,
Omnia subiecit pedibus Patet illius, ut nos
Ditaret partim vitæ hoc in tempore, partim
Juxta operum fidei modulum cœlestibus oris.
A Modò perpetuis agis illic Sabbatha festis:
A Modò Sponte piæ te vitæ Facta sequuntur,
Cumq; illis merces illorum, ut dulcia Christi
Verba sonant, Christi, qui nobis Maxima merces.
Hoc illud, nostro quod dicitur, A-modò, Dicto;
A-modò tot votis adeò tibi suspiratum:
A-modò tam Faustum, quo felix transitus ex hoc
Tempore in æterni seculi sit gaudia Plena:
A-modò, quod dudum, cum blandâ voce vocares
Dux vitæ, carnisq; necandæ assumere Mortem
Atq; operum mundi, suaderet; mente sequaci
Audieras, non cunctandum rata, non remanendum,
Sed modò vivendum Præsenti in tempore duxti
Ducentis vitâ carnisq; ex Morte: futuri
Vnde secuta tibi felix Connexio, felix
Temporis æterni fluxæ cum tempore vitæ.
Sed quo dilabor? tibi sunt hæc cognita verè
Atq; tuis sociis Animabus in ætheris aulâ.
Nos saltem in speculo & densâ sub nube videmus
Per carnem exclusi non plenâ Morte Necatam.
At tu de Facie ad Faciem nunc omnia cernis
Et Ecueris Dominoq; tuo nostroq; perenni,
Indiga non Fidei, cujus tibi meta peracta est.
Nos tamen hæc eadem spes ducit, & una terenda*

Orbi.

*Orbita: nos simili veniemus tramite cuncti,
Qui gradimur. Nec enim nobis ulla altera restat
Quàm Domino calcata olim calcataq; servis,
Per Mortem in requiem cœliq; sequacia facta.
Ibimus ad Dominum: nec nos caro, mundus & anguis
Excludet, Dominus quia fortior omnibus illis.
Ibimus in patriam, Dominumq; videbimus ipsum:
Ibimus ex terrâ Egypti, ex hoc carcere carnis:
A modò pergentes, dum vox sonat illa vocantis,
Dum nobis lucescit adhuc lux alma dici,
Dum nos cœlesti ducentem tramite Moysem
Atq; facem Moysis Dominum nubemq; videmus,
Donec ventura succedat Josua vitæ;
Securi exuta terræ, redeuntis ad ortum,
Quam nobis Dominus, veniens ex æthere, reddet,
In quâ nos toti sine fine videbimus illum,
Nostraq; perpetuo gaudebunt pectora plausu.
O sint hæc veniantq; hodie! tunc ibimus omnes
Ibimus, & vestris adjuncti coetibus unâ
Victores Domino æternum Halleluja canemus.*

Hans Dietrich
von Eschsch.

Terra jacet miti sub sidere Mænalis ursæ;
Nomina quâ clarent Herois posthuma Brenni.
Illic Imperii Septem pars una Viratus,
Adsvetus Regi sceptrum præferre Latino,
Tempore jam longo regales incolit arces;
Astriferi notus super ardua mœnia templi.
Hac genus & patrium deduxit origine nomen
DOROTHEE, donum cœlesti, Heroa SIBYLLA.

B

Prin-

Principium felix, censei sanguine claro:
 Est in semine virtus generosa parentum.
 Non aquilam passer parit, aut formica leonem.
 Illa Bonæ Mentis quoque suxit ab indole Matris
 Nectar, ab Ascanidum diva quæ stirpe profecta,
 Gentis & Hercyniæ serie florente Dynastum,
 Jam seculi undecies renovati nascitur ordo;
 Coelitis sociata, poli que in sede recepta.
 Semideis geniti vestigia clara sequantur
 Majorum: laurus sua cuique est propria Virtus.
 Propria DOROTHEAM fulgentibus inserit astris.
 Divitiis animosa suis, pulcherrima Virtus.
 Fixerat illius stabilem sibi pectore sedem
 Officiosa DEO Pietas, venerabilis Orbi.
 Illi delitium DEUS unus & unicus; Illi
 Agnovisse DEUM primus labor: alter, eundem
 Mente sequi pura, Christi quasi pensile membrum;
 Et vitam ad CHRISTI componere dogma sequacem.
 Non reputabat enim genuinum à voce Magistri
 Ducere vel nomen, vel symbola rite fateri,
 Qui lingvæ tantum strepitu sacra jussa fatentur;
 Et factis vita que negant, & pectore foedo.
 Quisquis avertit, non vanum à Christo nomen apisci,
 Instructus Fidei scuto, Verbi que sarsina,
 Martia pro Christo, sine murmure, castra sequatur:
 Cum vitii portendat inevitabile bellum.
 Sic cor erit purum, & ter sancti Flaminis ades;
 Vera que gestabit Crucifixi insignia; carnis
 Emaculans sordes, cum vitam moribus ornat:
 Qualis ad obrusam pingit scriptura Jehovæ.
 Sic rite in Domino morimur noctes que; dies que;
 Hujus adhuc vitæ fragilis dum vescimur aurâ,

Sic

Sic tranquilla quies animabus gaudia laxat:
 Quippe opera activæ fidei sua quemque sequuntur.
 Talis erat quondam lingua que; opera que; SIBYLLA,
 Virgine Cumæa melior, melior que; Sacerdos:
 Christi adum Princeps re, lingua, pectore, vitâ.
 Hos arbor Fidei fructus gerit intus & extus.
 Conandum omnino est valido bene vivere nisu;
 Dextera nitentem juvat officiosa Jehovæ.
 Vidit, & attonuit, tantæ spectacula dotis
 Magnanimus Conjux, sanguen Regale PIASTI;
 Vidit adhuc tenerâ Princeps ætate luventus;
 Vidit & augusti veriscia turba palati,
 Et Ducis imperio plebes jurata clientum.
 Sæpe Ducum uxores dominandi infana libido
 Urit ut haud dubitent se regni in parte locare,
 Fœmineo que; Virum dare colla premenda capistro.
 Infelix solium, deformatæ que; secures!
 Sic patriæ nervi, sic fundamenta fatiscunt.
 Delila Manoaden, Salomonem Ægyptia virgo
 Perdidit, Amraiden Jesabella, exosa Tonanti;
 Belliger Antonius Cleopatraz cedit amoris:
 In Messalinâ malefanus Claudius errat:
 Semiramis Ninum Assyriis fraudavit habenis:
 Imperium fato geritur muliebri sinistro.
 Non jta DOROTHEE, proprii quæ munia sexus
 Sedula curabat, concessa negocia rerum:
 Permisit fasces sceptrum que; trabale Marito.
 Hujus inextincti flammis ardebat amoris;
 Hunc reverens pietate pari, ceu nobile numen:
 Thariaden ceu Sara colit, Dominum que; salutat.
 Credo etiam fuerat mortale relinquere prompta
 Corporis induvium, ut servaret pacta Marito.

B 2

Iura-

„ Juratam servare fidem, Dijs proxima res est:
 „ Addere sed verbis testem venerabile Numen;
 „ Fallere cum satagas, injuratamq; tenere
 „ Mentem: illud scelus est infameq; abibit in ævum.
 „ Perfidiam sequitur vindex Rhamnusia flagro.
 „ Gracchorum quàm prolis amans Cornelia mater!
 Sed bene litterulis ornata, & moribus aptis.
 Hanc mundumq; suum, largamq; vocabat opum vim.
 DOROTHEE tredecim sub luminis edidit auras.
 Ter felix, socii lepidissima pignora lecti.
 Hæc quasi pupillas oculi fidissima Princeps
 Dilexit; calidumq; magis nutrit amorem:
 Vidit ubi recto Virtutis tramite prolem
 Graffari, Famæq; inscribere nomina templo.
 Ipsa sed hortatus addebat mascula Mater:
 Currentes urgebat equos poppysmate blando:
 Non quodvis pueris, sed fasq; piùmq; licebat.
 „ Corruptit sobolem levis indulgentia matrum;
 „ Non secus ac catulos, nimiùm cum brachia collo
 Simia deformis stringit, vitæ eripit usum.
 „ Publica res & priva suo stat cardine firma;
 „ Cum lasciva rudis cicurantur pectora turbæ
 „ Doctrinâ, & patulas Virtus stillatur in aures.
 „ Heroum inprimis soboles est indiga recti
 „ Ductoris: lactente perit sub gramine Virtus;
 „ Disciplina domet nisi mentem, atq; ardor Honesti.
 „ Sin secus; evadunt *Ἡρώων τῆματα τέκνα.*
 „ Magnatum quisquis corruptit pectora prolis;
 „ Inquinat is fontem sanie tetroq; veneno:
 „ Vnde bibit diras Respublica pestilis undas.
 „ Dicite, qui colitis Bregam, flos Principis aulæ:
 Fronte verecundâ, juxtâ sed fronte serenâ,

Nonne

Nonne animi occuluit sagi cordata SIBYLLA
 Et generis dotes? duxitq; beatius, in se
 Vivere, quàm pompâ, aut famâ, insanoq; tumore?
 Sic Christus, soboles, quàmvis æquæva Parentis,
 Submisit sese ad tenuis subsellia servi.
 „ Qui cupit æthereas cum Christo mergere ad auras:
 „ Cum Christo in terris humili se pauperat æstro.
 „ Omnis vita pii, vitæ est imitatio Christi.
 „ DOROTHEE enituit divina Modestia linguæ:
 Monstrabant oculi Charitas; vultuq; remisso
 Fulgebat gravitatis honos; gestuq; decoro
 Temperies dominata fuit mitissima morum.
 Hæc habuit sequior speculum memorabile sexus;
 Conformes generiq; locoq; effingere mores;
 Non ultra nidi tegumenta extendere pennas:
 Pectore sed leni tumidos deponere vultus;
 Signaq; solliciti præferre pudica ruboris.
 „ Virgineæ rubor est tinctura, & purpura mentis.
 „ Vidua jacet Virtus, pudor est ubi transfuga factus.
 „ Dicite jam major, minor, & medioxuma pubes,
 Quæ geris effictum pectus meliore metallo,
 Ac reputas pulcrum, decreta facessere regum:
 Dicite, quàm fuerit Patriæ fidissima Mater!
 Quàm calido adfectu tenuit devota clientum
 Pectora, vel primâ natorum gente, vel imâ!
 Purus ab ætherico se flamine sustulit ignis.
 „ Nil differt à Patre bono bonus Induperator:
 „ A Genitrice piâ non distat candida Princeps,
 Tarda fuit Domina ad poenas; ad præmia velox:
 Non tantùm miseros consuetâ affamine molli,
 Sed re solari, donisq; levare jacentes;
 Nequaquam ad gemitus obturans pauperis aures:

B 3

Munis

Munis in extorres, patriisq; è sedibus actos,
Scruta cibi querulo poscentes vocis agone;
Quòd Baali nollent succedere thura Sabæa.

” Propria Magnatum est pia munificentia virtus;
” Hæc veluti scalâ peritur domus aurea cœli.
” Nemo Dynastarum, quem, Pluti cœca libido
” Vexat avaritiæ, stygiis innexa catenis,
” Inseruit nomen memorabile Honoris in æde.

Sed nos inmensum spatiis decurrimus æquor;
Qui canimus laudum tot tantaq; Principis ausa.
Vela legi par est, & ad oram vertere puppim.
” Est etiam suus eulogio finisq; modusq;.

” Quod nimium, Natura parens fastidit & odit.

Cætera quæ longo contexere carmine gesta
Fas foret, Eusebie numeris canet Euphrosyneq;.

Eusebie intus erat, qua cum comitata perenne
Prodiit Euphrosyne, ingenii solertis acumen;
Hoc usa est remo malefida per æquora mundi.

Hac acie vidit casus procul antè futuros,
Temporis ac rerum vigil & cordata magistra;
Ipsa sui iudex cuncta explorabat ad ungvem:
Ne quid, more Phrygum, committeret impete cæco:
Unde gemiscentem sequerentur tædia culpæ.

Qualis Abigail, thalamo sociata Davidis,
Provida mente viam bene res cognorat agendi.

Ultima cum primis bene clausit fata dici,
Inter tranquillæ fortissima robora mentis;
Inter lætitiæ plausus & júbila festa:
(Haud secus ac Daphne, & spolijs incinctus opimis,
Ipsus ovans, populoq; incedit Victor, ovante)
Nil horrens larvam mortis, morbosq; tyrannos:
Nil curans, quod grande crepat, vel amabile mundus

In

In promptu causa est: vivens in pectore Christus
Omnia condibat, quæ censer Mundus amara.

” Et Christi Mundiq; nimis sunt disita Regna.
” Sed tamen in nobis cœli est durable Regnum.
” Quos Christo capiti cœlestis Spiritus unit:
” Hoc spem, lætitiæ, & fidei fert centupla dona.
” Hæc æternantis sunt prælibamina vitæ.

Nunc, si quæ decrant super hoc systemate mundi,
Omnia cœlorum suppleant ditissima tempe.

Jam Virtus perfecta suo splendescit honore,
Regali redimita amaranthi è flore coronâ,
Aligeros inter præceteros: ubi cernere longa
Agmina Majorum concessum, & gentis avitæ
Vsurpare oculis, notosq; agnoscere vultus.

” Lætitiæ sed primus apex & summa salutis;

” Quòd signare oculis in clara luce Jehovahi

” Fas erit: heic gaudens cum Christo vivere Fratrem

Pergit, & heic Satanam, mundumq; orbemq; trium-
(phat:

O quando nobis simili splendore triumphos
Ducere contingeret, cœloq; capessere laurum!

” Exilium terra est miserabile; patria cœlum.

CASPAR DORNAVIUS.

Ergone sic fatis urgentibus, Optima Princeps,
Fidaq; Bregai costaq; corq; Ducis,
Qua decus Elysia claras Heroidas inter
Audisti, & gentis celsa corona tua,
Occidis ante diem THEODORA SIBYLLA, Sibyllæ
Secula vel Tylij vivere digna senis.
Nec Tua Te Virtus candorq; & gratia morum,

Aut

Aut ardens sancta cum pietate fides,
 Nec genus illustri deductum ab origine textit
 Inmitis contra spicula dira necis?
 Non sobolis cariæ preces & vota Mariti
 Flectere lanificas, heu, potuere deas!
 Sicne cadis ceu purpureus flos marcet in agris,
 Torrida cum rapidis solibus ardet humus.
 Ergo Pater Patria casu concussus acerbo,
 Coniugis erepta tristia fata dolet.
 Orba pia sequitur genitricis funera fletu
 Progenies, teneras imbre rigante genas.
 Nos etiam lacrymas merito libamus adempta:
 Causa subest luctus publica, causa gravis.
 Sole tegente caput rutilum tristatur Olympus:
 Principe lugente est collacrymare pium.
 Munera quis cineri ingrato suprema ferentes
 Sustineat siccis cernere luminibus?
 Est denata Parens Patria, Celsissima Princeps,
 Qua quod, erat verè, nomine dicta fuit.
 Prima Deum venerari & rectè nosse, Maritiq;
 Imperiis animum subdere cura stetit.
 Proxima post natos & dulcia pignora lecti,
 Ex aquo populis consuluisse suis.
 Deniq; quisquis erat, si fas est dicere verbo,
 Exemplum studuit Principis esse bonæ.
 Quæ cum tanta foret, cum tantis dotibus aucta;
 Attamen haud fastu corda superba tulit.
 Nil magè demissum, cunctis affabile, omni,
 Quæ potuit, miseros iurvit & auxit ope.
 Emicat ex ipso divina Modestia vultu,
 Castus & ingenua cum probitate pudor.
 Sed quia terra fuit tantorum indigna bonorum,

Abstulit

Abstulit ingratis hæc sua dona Deum.
 Abstulit; æthereaq; adscriptam civibus urbis,
 Quod votis petiit sæpius, esse dedit.
 Et nunc illa quidem cælesti sede recepta
 Gaudet, & in Christi vivit ovataq; sinu:
 Felicesq; animas inter longo ordine cernit
 Et sobolem & generis nomina magna sui.
 Quod mortale fuit; dum summâ luce resurgat
 Deposita terrâ, conditur in tumulo.

ANDREAS LANGIUS.

Hei quàm nos truculenta tyrannis
 Fati urget! hei sumus tot aëli casibus,
 Totq; supersunt.

Abditus est & finis eorum:
 Imò, hei, nova nunc, præ cæterisq;, se ingerit
 Horrida clades.

Parcæ conjurasse videntur
 De veteri, & altâ, Brandeburgicæ domus,
 Stirpe necandâ.

Intra paucos, scilicet illæ,
 Menses, aliquot, scidère fila, Principum
 Ex genere isto.

Adnumeranda his celsa Ducissa est,
 Marita JOHANNIS CHRISTIANI, Principis
 Ligniciensis.

O Parcæ, haut hoc nomine dignæ,
 Vos parcitis nulli, occiditis at infimos,
 Atq; supremos,

Et Dominâ nos, hei, spoliastis,
 Nutritiaq; matre simul, fidissimâ
 Atq; Patronâ.

Æthericæ dotes, quibus ipsa

C

Præ-

Præstabat, celebres sunt, ingenij nota vis,
 Iudicijq;.
 Non incognita forma venusta,
 Pudica morum comitas, & svavior
 Ne stare sermo.
 Virtutumq; cohors in aperto est,
 Gemmans, quâ erat munita, Principum omnium.
 Ista corona,
 Hæc alij sed singula, ut æquum est,
 Memorent Camanâ artificiosâ: mihi liber
 Pauca referte,
 Quæ Augusto dum juncta Marito est,
 Miratione, laudis & præconio
 Digna fuere.
 Principe in hac, ceu stella corusca
 Effulsit Pietas, grata siderio polo,
 Grata soloq;.
 Agnitio, cultusq; Jehovahæ
 Solers fuit: lecta auditaq;, memori, sacra,
 Mente notavit.
 Thesaurum & divum ipsa paravit
 Sibi, tempore vitæ, atq; obitus, ut efficax
 Antidotum esset.
 Ut verbo verum eloqvar uno:
 Vita universa nil, quàm pietatis fuit
 Sedula cura.
 Omnia quæ spectare putavit
 Ad Christianismum, pervigili industriâ
 Ipsa peregit.
 Prudens & sapiens fuit illa:
 Virumq; congenitum quasi Matre ab inclutâ.
 Infuit ipsi.

In

In sensu, ornatuq; modesta,
 Inimica fastui, molesta nemini,
 Cuiq; benigna.
 Firma fides, reverentia, honorq;
 Summus fuit Maritum in Illustrissimum,
 Summus amorq;.
 Nimirum ut generosior esse
 Solet indoles heroibus: ferventior
 Sic amor illis.
 Conjugij inde & tempore toto
 Offendere haut est ausa cum, vel nutui
 Obsequiosa.
 Imperij non ambiit unquam
 Sceptrum: egit ast sibi modò convenientia;
 Cætera omisit.
 Sacricolis aliunde repulsis
 Prompta fuit beneficentiâ, atq; relliqvis,
 Rebus egenis.
 Sorte æqvabilitas in utraq;
 Eluxit: ipsa enim scaturire à DEO,
 Novit utramq;.
 DOROTHEA est hinc jure vocata:
 Nam quicquid est pium, & bonum, est à Numine
 Omnipotente.
 Cum variorum syndrome adesset
 Affectuum, & catarrho, ac vomitionibus
 Quotidianis,
 Arthritis, paresisq;, pthiasisq;,
 Alvi fluxio, cachexia & succederet
 Putrida febris:
 Contra quos, preciosa medela,
 Consilia clarorum & Medicorum insignia
 Nil valere:
 C 1

Hos

Hos exantlavit patienter :
Vitæ ultimo imò die , et si integra semper fuit
 Vis rationis,
De nullo conquesta dolore est :
Vale ultimum & quamvis fuerit grave Principi
 Dicere mœsto,
Et senos , hei , linquere post se
Nondum educatos liberos , miserimè
 Collacrymantes :
Hæc tamen , & terrestria cuncta
Fastidijt , haut ignara conventus novi , in
 Æthere magno.
Tutorem „ neq; nescia , in illo ,
Terrisq; in his fidum , & prolis amantissimum.
 Vivere Patrem.
Post præmissas , speq; fideq;
Plenas , preces creberrimas , suspiria &
 Edita Ihovæ ;
Tunc solamine & anteeunte
Vario , quod antè novit , atq; Spiritus
 Obrulit ipsi :
Et Princeps celsissimus ipse
Ex divite penu expromsit , ordinarius
 Mystaq; dixit,
- Hæc præcelsa Ducissa SIBYLLA,
Perdigna , Cumana Sibyllæ secula
 Vivere in orbe ;
Tàm placidè migrantem ad Olympum
Exhalavit animam , ac placido si redderet
 Lumina somno.
Sic quæ sæpè alijs solet esse
Adversa mors , huic Ducissæ amabilis,
 Grataq; visa est.

Hinc

Hinc qui luctæ interfuit isti ,
Vovit , pariter ut rumpèrentur & suæ
 Stamina vitæ.
Nempe operas præbere Ihovæ
Qui studuit , hinc dum vixit , optatissimo
 Fine potitur.
Quàm pulchrum est , sic vincere sævi
Tormenta morbi , & abominabilis , horrida
 Spicula Mortæ.
Difficile , atq; imitabile paucis ,
In copiâ opum , & fastigio honorum maximo,
 Linquere mundum.
Naturæ est infesta ruina :
Qui & nos revicturos negat , is nequit sine
 Murmure obire.
At mors huic contraria non est ,
Qui novit istam januam esse ad perpetis
 Gaudia vitæ.
Felix , terq; quaterq; beatus,
Ardentia inter vota qui placidè interit,
 Stanteq; mente.
Felicem , æternumq; beatam
Et Principem , imminentibus orbam esse & malis,
 Non dubitandum est.
Attamen est jactura dolenda :
Præstanda Duci , atq; liberis , nobisq; adhuc,
 Hei , perierunt.
Hinc iste angustissimus heros
Magno sæpè quidem & forti animo perpeffus est
 Aspera fata :
Dum non nescijt , impavidum cor
Exserere vires nunquam magè , quàm cum strepunt
 Fulmina fortis :

C 3

Me

Me at nisi fallit opinio, certant
Magnanimitas in hoc malo, & dolentia:
Neutraq; vincit,
Sæpè illa obscurata dolore est:
At ut, favillâ tecta scintilla emicat,
Folle agitata:
Sic & vires illa resumit,
Solamine excitata, quod ope sibi applicat
Flaminis alti.
Fortes heroas decet esse:
Sed non fovere ferrea pectora, aut ferâ
Tigride nata,
Majore decubentur honores
Heroï, agenti humanitati amica, quàm
Diffona ab illâ,
Vidisti, celsissime Princeps,
Ægram, Maritam, tam diu: adfuisi ei in
Mortis agone,
Texerunt digitiq; tui ipsi,
Hæc mortuæ, oculos, sapius capulo inditam
Intuitusq; es:
Nunc funus comitaberis, eheu,
Ad Principale conditorium, & tuam
Plangere cernes
Anatam Subolem, & tibi junctos
Sanguine, tuosq; subditos, meritas, dare
Ore, querelas.
Quippe caput quando dolor ingens
Infestat, unâ & sustinent molestias
Cætera membra.
Hæc quis cerneret, inclute Princeps,
Ageretq; sine affectu, querubus & anxijs
Ac sine fletu?

The:

Thestaurum nemo absq; dolore
Perdit, minus multò quod est gazâ omni, in hoc,
Gratius, orbe.
Quocircâ procul ite dolosæ
O præfixæ: nam serid ejulantium
Copia magna est.
Quò conjunctio dulcior antè
Cum Conjuge celsâ fuit, èd divortium
Tristius est hoc.
Dimidia est tibi portio cordis
Ablata, vulnus tam grande, sine omni neqvis
Ferre dolore.
Sed perge hunc lenire tibi ipsi:
Affundit ille aquam fredo, solatium
Qui tibi dicat.
Plangendo qui macerat ipsum
Se, mortuum non iuseirat: verùm sibi
Damna dat ipsi.
Imò ipso in planctu, licet istud
Sit pergrave, jure dicimus, monente idem
Codice sacro,
Sit nomen Domini benedictum:
Qui dedit, ille abstulit: placuit justo ut Deo,
Factum ita nunc est.
Reddet idem, quod sustulit, idem
Qui sustulit, cœlesti honore, & gloriâ
Condecoratum.
Salve sancta anima, in paradiso,
Dei, Angelorum, animarum ibi & præsentia:
Vtere læta.
Et cum corpore jungere tandem
Dic in novissimo: pari fruatur ut
Lætitiâ illud.

Interæ

Interea id pro pignore linque
 Duci hinc, cui fato volente ita, gratus est
 Vel cinis ipse.
 Alme Deus, miserere tuorum,
 Arce, appropinquantes catervas, à tuis,
 Suppliciorum.
 Et durare haut desine pectus
 Principis, animositate ut abigat omnia
 Tela doloris.
 Fac nota ut solamina posthac
 Et erigant illum, in voluntate & tua
 Ritè quiescat.
 Dux, tutamen, & anchora nostra
 Vivat, Duce hocduce, salva, sacra, sit, publica
 Resq; domusq;
 Vivat progenies, & in illa
 Virtus paterna, & stirps Piaasti perpetim
 Prisca virescat.

Christophorus Röslerus D.

AD

Celsissimam Juventutem Ducalem,
 Pientissimæ, & Illustrissimæ Dnæ Matris
 obitum lugentem.

Dulce est, Historiæ monumenta aliena tueri
 Exq; aliis mores fingere nosse probos:
 Dulce est, sic Veterum speculari facta: per illa
 Ut tibi, quod fugias, quodq; imitare, notes.
 Dulcius at, spectare oculis documenta Parentum;
 Clara quibus virtus tollit ad astra caput.

Jnti.

Intimè penetrant spectacula domestica: quàm sè
 Millia vestiges exteriora foris.
 Vos, quibus est Pietas, & virtus aurea cordi,
 Stirpe Piaastigentum nata propago Ducum;
 Non Vobis vivendi aliunde exempla petantur:
 Talia se produnt nobiliora domi.
 Ipse instar solis, radiantia lumina torquet
 In Vos, virtutum tela vibratq; Parens;
 Semidei spirans heroo ex pectore flammam,
 Ad magna auspicio vos animatq; suo.
 Ipsa instar speculi, speciem Celsissima Mater,
 Et vita & mortis, viva obiensq; dedit:
 Quæ sanctè in Domino dum vixit, mortua sanctè;
 Vix visa est nobis jam moritura mori.
 Vivit Ea in Vobis, per vos aeterna futura
 Hæc vestrae virtus, vitaq; morsq; Ducis.
 Cujus si faciles vestigia sancta premetis;
 Et vita fuerit regula utraq; Parens:
 Auguror aternos Tibi, Stirps Regalis, honores,
 Et decus aternans auguror inde Tibi.
 Namq; etiam in terris si stirps est sera pierum;
 In vobis vivet certior alma Parens.

Sebaldus à Sack,
 & Pirschen.

Ad Illustrissimum atq; Celsissimum Principem
 ac Dominum, Dn. JOAN. CHRISTIANUM, Ducem
 Silesiæ Lignicensis, ac Bregens.

Brandenburgiaco prognata è sanguine Princeps,
 Conjugio felix per tria lustra tuo,

D

JAN-

JAN-CHRISTJANE, Piaſtæ Dux inclyte gentis,
 Sicſi orbis columen, religionis apex.
Virtute omnigenâ inſignis, **THEODORA SIBYLLA**,
 Si quæ matronam viſa decere parem.
 Vix quâ præſertim **JHOVÆ** hoc meruentior ævo,
 Atq; viri mage amans extitit ulla ſui.
 Suſtulit hanc, cheu! Tibi mors: & ſuſtulit unâ
 Delicium omne animi præſidiumq; tui.
 Libera ut hinc juſto permittas frena dolori:
 Exprimat & lachrymas intemeratus amor.
 Qvalis populcâ turtur lugere ſub umbrâ
 Comparis amiſſæ damna dolenda ſolet:
 Qveſtibus & miſeris latè replet omnia: moeſtum
 Sol videt occaſus, ſol oriensq; videt.
 Quid ſubolem-auguſtam, dulciſſima pignora, dicam,
 Se Brigéa quibus tollit in aſtra domus.
 Exſtinctam ut plangent peracerbo funere Matrem,
 Denſo per teneras imbre cadente genas.
 Quid referam Patresq; palàm plebesq;, gementes
 Tam mitis Dominæ triſtia fata ſuæ.
 Omnibus ex æquo dolor eſt: idem ſimul omnes
 Ardor habet, luctu poſſe probare fidem.
 At fruſtrâ hæc cuncta. Haut luctu revocabilis ullo,
 Quæ ſemel humanâ lege potita necis.
 Non hilum hæc profunt lachrymæ. Non ſi tibi plures
 Quàm Viadri fluctus ex oculis caderent.
 Qvòd ſuperis placitum ergo, velis Celiſſime Princeps:
 Lamentisq; tuis hunc ſtatuiſſe modum:
 Officio ut cum Hominiſ defunctus es, atq; Mariti:
 Teq; Virum, & Patrem noris, & eſſe Ducem.
 Nec verò fas eſt urgere Heroida fletu:
 Cui, ceu vita prius, mors quoq; ſancta fuit.

Con-

Conditioq; gradeò felix nunc obrigit: ad nos
 Nullâ ut in has terras lege redire velit.
 Nobilitas, & opes, & pellax gloria mundi,
 Qvicquid & in ſummo præterea iſte locat,
 Ludibrium exigui duntaxat temporis omne eſt.
 Famus id & bulla eſt: vanum & inane: nihil.
 Innixa at **CHRISTO** Pietas beat unica cœlo:
 Morteq; vitam obitâ donat habere novam.
DOROTHEÆ adſidus hæc vivæ comes: intulit aſtris
 Hæc functam, ac veram tranſtulit in patriam.
 Huc ubi, corporeâ nunc mole jugoq; ſoluta,
 Neſtare & aternâ paſcitur ambroſiâ.
 Qvodq; diu cupiit, te **CHRISTE** benigne, tuetur:
 Hora nec à vultu dividit ulla tuo:
 Hæc ubi, nunc victâ nece, ſoſpes & integra, morbos
 Extra membrifragos, incola lucis agit.
 Pravaq; ex alto ridet contagia terræ,
 Et mixta alternis gaudia falſa malis.
 Huc ubi, nunc curarum expers atq; inſidiarum,
 Qvas ſtruit hinc Mundus, qvas ſtruit inde Cæcus,
 Cœlituum permixta choro ſine fine triumphat.
 Ac fruitur fidei præmia digna ſua.
 Dum nos contrâ ægri per acerba & turbida rerum
 Volvimur, ancipites qvid fera fata ferant.
 O Patria! ô veris inſignia regna triumphis!
 O Patria! ô votis uſq; petenda piis!

Nicolaus Henelius. D.

DOROTHEA-ergo **SIBYLLA** jacet, Celiſſima Princeps,
 Egeliæ ſpolium facta cibisq; neci?

D 2.

310

*Illa, inquam, Princeps, BRENNI quæ sanguine nata,
BRANDENBURGIACAR fax fuit alma Domus?
Illa, inquam, Princeps, BREGAE quæ Principe lato
Auxit pralustrem prole piente torum?
In quâ Virtutes tertârunt suaviter omnes,
Mortales Divis quæ pariare valent?
Religio cui primus amor, cuiq; optio princeps,
In certu populi vivere posse DEI?
Quæ Ducis in primis et cor & cura Mariti,
Credidit angusto pectoris omne toro.
Sed fuit heu! fuit heu Princeps THEODORA-SIBYLLA!
Hospita nunc Parca triste cadaver agit.
O miseras hominum sortes! ô fata severa!
Libera quàm curis gaudia nulla sua!
Nunc viduâ gemit heu Dux JAN-CHRISTIANUS in arce!
Inq; dolore erit tempora longa gravi.
Colluget mæsto Prolis pars altera Patri;
Altera pars gaudet cum Genitrice polo.
Nempe praeiverunt ad calica pignora septem;
Cum Latre tristantur pignora sena solo.
Collugent Proceres Patria, geminiq; Ducatus:
Collugent Patria subdita corda Patri.
Collugent pullâ contecta palatia templi,
Patronâq; dolent sic spoliata sua.
Profundunt oculi lacrimas & pectora luctum,
Dantia tristitia signa dolenda sua.
Scilicet humanâ mortales sorte moventur;
Neve vigere diu, quæ bona, jure dolent.
At frustra! nisi quòd Natura calculus isthac
Pro ratione venit, quam dare suadet ea.
Præmissos gemimus, sequimur quos pone labantes;
Seriùs aut citiùs, quum necis hora vocat.*

Tu

*Tu, Dux illustris magni de Stirpe PIASTI,
Ista reposta tui cordis in arce tenes.
Quapropter vinces animum, me nulla morente,
Et gravibus pones laetibus ipse modum.
Te tibi, te Natû, populi te parcere justum est,
Est largita DEI quos benedicta manus.
Esse sed & poterit magni solaminis instar:
Quòd tua sic placida COSTA perempta viâ.
Quod non vis Martis, sed Mortis, sustulit illam,
Quæ manus Electis est preciosa DEI.
Quod Fidei, hinc cedens, & vita plena beata,
Diva inter Divos vivit in arce DEI.
Quod tecum vivit sancti per pignora lecti,
Æmula quæ HERORM, quæis generata, cluunt.
Te Tibi, Te Natû, populi Te, dux pie, serva;
Quin serva templis, dux pie, Teq; tuis.
Adferat adversum summi Te gratia JHOVÆ,
Qui dare quit morti, qui revocare, suos.
Is procul omne malum, technasq; & tela cruenta,
Quæ Satanae jaciunt callida membra, fugit.
Det pacis, det panis opes; det congrua vite
Tempora; det fidâ corda repleta fide.
Quodq; mihi primum! longævam vivere vitam
Teq; tuis faxit JHOVA, tuosq; Tibi:
Natorum ut videas Natosq;, ratosq; Nepotes,
Inq; PIASTÆA delicière DOMO.*

CASP. CUNRADUS
Phil. & Med. D.

Hactenus ignavas hæc traxit opinio mentes;
Ceu satis ista forent; Christo date nomen, & ejus

D 3

Cast.

Castra sequi; nitiq; fide, quæ sola beatas
Ad sedes aperiret iter: non ulla requirunt
Interea aut Recti studia, aut Pietatis amorem,
Sed steriles iustorum operum, reverenda Magistri
Dicta sui linguâ gestant, vitaq; refutant.

Non ita, quæ patrium nuper repetivit Olympum
Brenniadum prognata domo, Bregëia Princeps
Vixerat: haut solùm gavisa est nomine Christi
Censeri, & purâ lotam Baptismatis undâ
Se sacramentum dixisse fidele Iehovæ;
Nî quoq; iussa Ducis, quæ nobis plurima liquit
Nocturno versare animo, versare diurno
Pergeret, & Domini similis, sine crimine vitam
(Quantum infirma potest hominum natura cavere)
Exigeret, solidæ constans Pietatis Alumna.

Hinc illud vitiorum odium! non fœda voluptas
Non fastus, non luxus iners, non improba ventris
Ingluvies, non invidiæ furiale venenum
Transversam recto poterant divertere cursu.
Illam adèò Titan, seu cùm se conderet undis,
Seu cùm mane novo radiis incenderet orbem,
Cernebat sibi luctantem: dum nempe rebelles
Aut motus animi, aut malè sano in corpore sensus
Imperio majore domat: vel strenua longum
Certamen cum carne gerit: quam deniq; multo
Devictam studio penitus, penitusq; subactam
Enecat, humanis hinc mortua, vivaq; rursus
In Christo Christi meritis innixa, flagrantem
Nec cassam virtute fidem concepit, & omnem
Mentem animi primò Domini devovit amori,
Dein Fidei focus: tali statione morantem
Invenit suprema dies: nihil illa recusans

Iam

Iam potuit sine morte mori, quæ mortua vivens
Dudum animo totum jam concepisset Olympum.

Scilicet hunc, Christi qui sese nomine jactat,
Hic cursus decet, hoc studium: si gaudia vitæ
Perpetis, aut sperat mensis accumbere Divum.
Non equidem, quòd forte velim virtute magistrâ
Aut propriâ quenquam cœlum pietate mereri.
Sed qui discipulus Christi profitetur amorem;
Nec tamen æterni observat præcepta Magistri:
Mendacem ille animum mendaci in pectore versat.

Disce mori mortalis homo, dum vivis, & horâ

Quâlibet articulum mortis adesse puta.

Quin morere hic vivens, moriens ut vivere possis:

Haut poteris leto vividior mori.

Non moritur moriens, vivens qui mortuus orbi est:

Nam vivam mortem mortua vita facit.

Bernhardus Guilielmus Nüsslerus.

MELCH. LAUBANI
LESSUS PARODICUS.

Ex III. Carm. Catulli.

Lugete o Veneres Cupidinesque.

ARGUMENTUM.

HORTATIO ^a ad lugendum **DUCISAM**,
^b **PRINCIPI** Marito tenerrimè dilectam, ^c pi-
am, probam, ^d fecundam, ^e cœli nunc Indige-
tem. ^f Incusatio peccatorum populi, quæ
caussa fontica sunt tantæ jacturæ. ^g Præfagitio
calamitatum publicarum, hanc mortem, ni
Deus prohibeat, subsequuturarum.

LVGE-

LUGETE ^a o Fora, Tempa Civitatum,
 Et quantum in PATRIA undique est bonorum.
 CONIUNX nostri obiit recens TOPARCHÆ,
^b Quam plus ille oculis suis amabat.
^c Nam pia & proba erat, suo obsequensque
 Viro tam bene, quàm SARA ABRAHAMO;
^d Nec fructu thalami inclito carebat:
 Sed prægnantem uterum gerens quotannis
 Prole altâ LTGIAM Domum auclitabat;
^e Quæ jam in Aula habet entheâ JEHOVÆ;
 Ubi est omnia in omnibus JEHOVA.
 f At vobis male sit profanitates
 Sacri; hinc omnia que bona amovetis:
 Tam raram quoque PRINCIPEM abstulistis.
 O factum male! o DUCISSA cæles!
 g Tuum dehinc obitum prope est metus ne
 Expient Fora, Tempa Civitatum.

EIUSDEM
 ODE CONSOLATORIA
 Ad PRINCIPEM Excelissimum
 D. JOANNEM-CHRISTIANUM
 Viduum nunc longè moestissimum.

ARGUMENTUM.

POST Propositionem Addubitatione figu-
 ratam, sequuntur Argumenta solatii, ^a a
 mortuorum irretractabili statu: ^b a voluntate
 JEHOVÆ: ^c a conditione mutabili omnis
 terrenæ conjunctionis & amicitia: ^d a con-
 trario nostro officio non lugendi bona ablata,
 sed de eorum aliquali usu grates agendi: ^e a
 præteritorum bonorum immutabili, stabili-

tate:

tate: ^f a commodis ex hac morte in DUCIS-
 SAM jam redundantibus: ^g a præsentia eius
 adhuc aliquâ in egregiâ Subole: ^h a commo-
 dis ipsi etiam Viduo superstiti ex hoc funere
 percipiendis, &c.

CHRIStIANE stirps Regum imperitantium,
 Pulcerrimâ olim quos serie Arboris
 Rami PIASTE Æ dederunt,
 Dimidiam Tibi cordis eheu
 Dum partem ademit savior Atropos,
 Volucris avi stamina Conjugi
 Rumpens SIBLLÆ, plus ocellis
 Visceribusque Tuis amata,
 Dolere tecum me sanis? an vetas?
 Sed quei vetares? scis fidei mea, &
 Obnoxii candoris esse:
 Tecum ut ovem, doleamque tecum.
 Quin ipsemet per carmina Mortuam
 Resuscitari, si liceat modo,
 Velles; Poëtis fingitur quo
 More suam Eurydicen fidelis
 Orpheus reduxisse irreduce ex domo
 Raptoris Orci, suave sonantium
 Melodiarum temperato
 Tartara tota colore mulcens.
^a Atqui, ut Poëtis talia fingere
 Semper potestas suppetat: hæc tamen
 Re verâ in auras e sepulcro
 Non dat Adamigenis regressum
 Severa Fati Diphthera. Nemini
 Huc mortuorum regredier licet:
 Nos cuncti ad ipsos lege ahená
 Cogimur. Eia DEO obsequentem

E

Te

Te præbeas hic sub crucis asperâ
Fac mole PRINCEPS care DEO; ^b huius ex
Fussuque decretoque CONJUNX
Te tua destituit; ^c perinde ut
Tantum usui, non mancupio DEVS
Tibi hanc jugârat primitus. Ergone,
Si quid suorum ad se receperet
FOVA datur, reprobis querelis
Terram atque cælum frustra onerabimus?
^d Quin immo grates, dicam iterum, DEO
Grates agendum est, gratuitâ
Pro bonitate bona hæc, bona illa
Utenda nobis tempore, quo ipse vult,
Elargienti. ^e Nam sua nec bonis
Laus deroganda est dignitasque
Præteritis; quia certiora
Præsentibus sunt, exitii aut fuga
Secura. ^f Quid? quòd non modo non Tue
Ullo obfuit pacto Maritæ
Mors celerata, sed hanc & illam in
Partem evidenter profuit, heic malis
Ipsam eximendo & mille doloribus:
Illeic salutem impertiendo,
Et genus omne beatitates.
^g Adhæc tuis non Illa penatibus
Excessit omnis: pars vegeta Illius
Damnum omne compensat superstes
Ecce Tibi; nimiosque sensim
Miscet dolores temperie utili.
Intelligo almam Tétrada PRINCIPUM
Juvenulorum, duplicemque
Feminei generis propâgem.

In

In sexu utroque hoc vivit, & o diu
SIBYLLA vivat DOROTHEE precor!
Genus propagaturo avitum
Ad vetuli ultima fata mundi.
^h Illa, illa in hoc pol funere maximi
Putanda jactura est; Viduo Tibi
Que CHRISTIANE, at atulaque
Objicitur tenera Orphanorum.
Quid tum? hæc deinceps ipsa tamen tuo
Jactura lucro conferet. Hinc enim
Labemque nosces & reatum
Dexterius; male quo gravata est
Abusque Adamo nostra hominum indoles:
CHRISTI salutare hinc meritum fide
Tenaciori præoccupabis:
Hinc odio tibi erit perenni
Hic mundus, & cum hoc mundo etiam omnia
Mundana, culpis plena & inaniis:
Contra unice optabis supernæ
Perpetuus Solyma esse civis.
Hoc nempe cælos ingredi alacrius
Desideramus quisque in agone: quò
Beata plures ante nos præ-
missima ad loca Caritates.

Quis neget? arbitrio versat sapiente bonoq;
Res hominum, æternâ qui temperat omnia lege,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra:
Illius in manibus sortes & tempora nostra,
Unus is in sese semper certò omnia novit.
Sed velut ipse sui per sacra volumina verbi,

E 2

Quis

Quis sit, quod fieri mandet, quo dignus honore,
 Edocuit: vastus quo pacto caperet orbis,
 Quæ maneant reprobos pœnæ, quæ gaudia sanctos:
 Sic quo quemq; velit mortali in corpore fato
 Defungi, quam det sortem rerum atq; laborum
 (Dicam equidem) superi perscripsit in æquore mundi:
 Omnipotens, clarisq; bonus patefecit in astris.
 Scilicet Exemplis hoc Experientia doctrix
 Testatum innumeris longo jam tempore fecit:
 Jamq; iterum exempli præsd est vis magna potentis.
 O Dolor, ô lacrymæ, luget BREGA inclyta, luget:
 Plebsq; patresq; gemunt, prælustis Principis aula
 Singultu gemituq; alios longè anteit omnes.
 Cessit enim, cessit fatis THEODORA SIBYLLA,
 Vivere ad extremam dignissima sola senectam
 Ante diem cadit: ut saxo flos sole perustus.
 Non casu, nec enim nos casum agnoscere fas est,
 HEROINA tuam Dux inclyte, deserit arcem:
 Sed Deus ipse brevis metam præscripserat ævi,
 Sideribusque dedit penitus cognoscere ab altis.
 Cùm primùm roseas DOMINA hausit luminis auras,
 Hæc ubi SEPTEMVIR præclaras MARCHIO sedes
 Obtinet, imperij columen, populosq; gubernat,
 Quæis extrema Helices stat summo in vertice cauda,
 Et caput Arctoi tollens se immane Draconis
 Solibus æstivis octonas bis super horas
 Semissem, hibernisq; adeo tot noctibus offert:
 Virgo Atræa caput nitidum Maris extulit undis,
 Vicerat ut mediam cursu nox humida metam.
 Non procul à summo cælorum culmine, & ipso
 Corde poli, Geminos tardus Saturnus habebat:
 Ipsum Pleiadum sed culmen turba tenebat,

Ima

Ima soror Phæbi tunc, Mercuriusq; terebant.
 Cum Jove ponè, Domo in fratrum, Sol ipse manebat:
 Infernam portam Mavorsq; Venusq; premebant.
 Mox Oriente dies cùm terris sole rediret,
 Lanx Borea, ecce, simul se protulit æquoris undis.
 At nunc, scalaris dum quintus labitur annus,
 En subit immitis saxos Horoscopus ignes
 Martis, & ardentem patitur lethi arbiter ipse
 Jupiter, heu, vibrat quem pectore Scorpius, ictum.
 Quin etiam nuper, cum scansilis annus iniret,
 Invidus obsedit genituræ falcifer ortum,
 Ominis hand fausti signum! vel deniq; Phœbi
 Fax generosa locos postremò transit istos,
 Quos Mars oppositis radiis infecerat olim,
 Saturnusq; æger quadrato afflixerat igne.
 Quis non artis egens, si nunc quoq; talia cœli
 Auratis spectet stellarum efficta figuris
 Symbola, nostrarum prænumcia sidera rerum
 Esse neget? quis adhuc studium laudabile culpet?
 O stellæ! ô cœli nunquam fallacia signa!
 Eventura Deus quàm verè scripsit in astris!
 Nec tamen Astra regunt hominum labentia cœlo,
 Vitam, fortunas, mortemq;, aliosq; labores:
 Sed Deus, esse facit qui sidera, quiq; moveri.
 Ille regit nuru nos Maximus Optimus: ille
 Pro bonitate suâ, quæ vult, ostendit in astris.
 Naturæ liber est sat cognitus omnibus; huius
 Portio non minima est astrorum cursus & ordo.
 Scripturæ liber est magè certus; clarior idem:
 Sic decuit, sed enim hunc etiam pervolvere fas est.
 Serva utrumq; simul librum, DEVS optime, nobis:
 Sanctis principibus salvis est salvus uterq;:

E 3

Hos

Hos defende, fove, ne desere, dirige, serva.
At Tu, Magne Pater Patriæ, Dux inclyte, luge
Egregiam thalami consortem: quis vetet? omnes
Lugemus: Dolor iste tamen sanabilis esto.

Parta quies DOMINÆ est: nobis maris æquor arandum:
Sub pedibus nubes videt illa insignis & astra.
Qui dedit, cripuit, sicut prædixit: at omne
Quod dedit haud rapuit: pulcherrima pignora restant,
Tot NATI, Natæq;: ô vivant Nestoris ævum!
HEROINA minus Viræ quos attingit annos,
Hos stirpiq; tuæ, Dux ô Generose, Tibiq;,
Fœnore cum multo, voveo, DEVS optimus addat:
Annue, qui cœlum, qui sidera numine torques.

Godofridus Scholtzius Bregensis,
U. I. D.

DOROTHEEN querimus sublatam morte Sibyllam,
Quæ DOMINA, ac Patrij quæ Decus orbis erat;
Et meritò; nam Matre Domus, nam Conjuge Lætus,
Orbaq; Præsidio subdita terra suo est.
Vos tamen, o PRINCEPS MAGNE, o EXCELSA JUVENTUS,
Ponite, cœca modus est omnibus, heicce modum.
Illa DEO fruitur, Superisq; adjuncta triumphat,
Et regnum in regno nunc potiore tenet;
Fluctibus in mediis nos, turba misella, natamus;
Res Vestram pascit publica privaq; opem.
O ideo curas tandem has seponite edaces!
Ut sit vita diu vestra, Salusq; diu.
Morte rapi voluit DEVS ipso in flore DVCISSAM;
Servet ô, & nolit vos rapi ab orbe DVCES!

F. contestandæ humillimæ devotionis ergo
Gotfrid Baudisius Lignic. J. U. D.

Cum Caput humanum morbi sæviq; dolores
Infestant, nostram scilicet acropolin,
Quicquid in hoc toto est dotatum corpore sensu,
Tristatur, Capiti collachrimatq; suo:
Sic nos, fata Caput Patriæ dum cladibus urgent,
Contristat justus subdita membra dolor.
Cum Deus ulcisci vult per compendia cives,
Eripit his letho tum properante Duces.
Hoc reliquæ longo comitantur in ordine pœnæ,
Privatiq; gemunt publica damna lares.
Agmine non tanto capitum circumstetit hydrus
Alciden, mortes quàm mala multa Ducum.
Sim vanus vates: ereptâ hac Principe nobis.
Talia ne vereor Numinis ira parer.
Sic facies rerum spondet, sic vivimus, inter
Nos Deus ut nolit vivere monstra suos.
Cernis ut intereat lento Respublica morbo,
Et vicina suo Slesias ora rogo est.
Nos stupido interea sensus fuscante veterno,
Extremus quam vis instet, ovamus, agon.
Non aliter volucris tensa inter retia plaudit,
Cum secura necis ultima grana legit.
Felices animæ quibus hæc vidisse negatum est,
Sed datur in Domino svaviter ante mori!
Contigit hocce Duci, clementi à Numine, nostræ,
Heu sic præproperè quam Libitina rapit.
Non invita quidem mortales exiit artus
Dux pia, & istius corporis exuvias.
Exuvias tristes veræq; obstacula vitæ,
Hac nisi cum vitâ linquere non potuit.
Corpus onus menti est, nec corporis indiga mens est,
Quæ cupit in solo vivere & esse Deo.

Hinc

Hinc adsveta fuit maturè temnere mundum,
Sveta pati placidè tristia, sveta mori.
Mortem non mortem fecit meditatio mortis
Assidua, & vitæ pone sequentis opes.
Quas modo cœlestis largè cum civibus aula
Possidet, aternùm laxa, quieta, valens.
Nos grati in Natis Matrem veneremur, avitæ
Quos stimulant laudes ac decora alta Domus,
Vivat in his longùm nobis Celsissima Princeps:
Hoc vivet Patriæ, nec meliore, modo.

Frid. Eckardt. M. D.

VIVENDO morimur, MORIENDO vivimus: annon
Absona natura hac, quilibet esse putat?
Principium vita nasci, denascier atqui
Clausula; quæi vivus mortuus esse potest?
Nasci, denasci, lex est contraria Carni,
Nil duo commune hac extus & intus habent.
Proinde quid heic nasci, denasci quid sit amabo
Discito, si quid sit vivere scire cupis.
Nascimur in mundum, mundo denascimur, isthoc
Dum confit rursus nascimur ante DEVM.
Nempe per (aterna qui nostra JANUA vita)
CHRISTVM, hoc na sine quo nulla reperta Salva.
Ille etenim est solus per quem sunt Regna salutis
Parta, manus vera est, quæ capit ista, FIDES.
Ast non nuda FIDES, talis nam mortua; verùm
Quæ dives claris fructibus esse solet.
Scilicet ut FIDEI vita respondeat usus,
Atq; vetus Carnis mortificetur homo.
Sic bene vivendo mundo moriemur, & inde

Vite

Vita Fiis mors hac, cum morientur, erit.
Reverà hoc di licit terris CELSISSIMA PRINCEPS,
JAN CHRISTIANE tui, digna Marita, TORI.
Quippe DEVM coluit, verè cognovit eundem,
Et studuit verbis, req; probare FIDEM.
Quod magè anhelabat IESVM dumtaxat, & illi
Callebat soli vivere, itemq; mori.
O animam sanctam! quin toto ex asse beatam!
Cui cura in terris celica vita fuit.
Illa inquam haut moritur, sed mox è corpore migrans
Transvolat ad pacis sancta habitacula DEI.
Ergò tuo PRINCEPS nimio moderare dolori,
Vulneribusq; tuis, hocce malagma cape.
Sic DOMINO PLACUIT, cui terris vixit, & in quo
Occidit, & per quem, vivit in arce POLI:
Nec Tibi displiceat; præstò sunt pignora lecti,
FILIOLI quatuor, FILIOLÆq; due:
Hac Te solentur tristem; post funera tandem
Tempus, ubi rursus convenietis, erit.
VIVENDO morimur, moriendo vivimus: & sic
Sive orimur, morimur, vivimus ante DEVM.

Subiectissimo animo
subjiciebat

Georgius Fabricius Falckobergâ SIL.
Templi Parochialis heic Bregæ Pastor,
& Primarius Senior.

I.

BRandenburgiacus Sanguis, proba Principis Uxor;
Quem Patrem ad Viadri Brega salutat aquas;
Pallida morte quidem cubat hîc: sed fulgida lucet

F

Ful-

Fulgidius supra sidera sideribus;
Dimidium infertur tumulo de pectore pectus:
Et rapitur magni portio magna Ducis.
Nacta vehit famam sub mania nomen ab Arcto
Odras, infelix litore, Brega, tuo.
Quis singultantis lugubria murmura ripæ
Scripserit, & planctus exulantis aquæ?
Dimidium infertur coelo de pectore pectus:
Et pars est magni magna beata Ducis.
Quis consolantis penetrantia verba Mariti
Scripserit, atq; animos exhilarantis Heri?
Non sedet in labris Pietas, nec nomen inane est;
Cerni in conflictu spiritus acer amat.
Tristitiæ causa est: aliquid Ducis esse sepultum;
Lætiæ causa est: partem habitare polos.

II.

Illustris Heros, magnanimum genus,
Exemplar ipse & norma Tibi & Tuis,
Immota lex fati potentis
Principe quem viduat Marita;
Tristamur æquo jure: Tuas rigant
Non indecora lacrimula genas.
Sed vera fas est o profari
Pace Tua veniæq; Princeps.
Latamur æquo jure: volatico
Omen susurro insibilat auribus.
Frasæga mens ponè insequentis,
Et propiore pede insequentis.
Haud fortuitò Mors DOROTHEAM abripit,
Cælestè munus: precavet huic DEVS.
Nè mors SIBYLLÆ sit Sibylla,
Frenimis & meritò veremur,

Mors

Mors est piorum fatidica; & minas
Portendit omni fidere certiùs;
Sed certiùs certissimeq;
Mors procrata Ducum piorum.

III.

Mortalis jacet hîc Princeps; sed, succuba vero,
Matronale decus quam vocat Invidia.
Flet Probitas, plangit Virtus; cum pangere laudes
Præ gemitu nequeant: non silet Invidia.

Musa debitè sumissa
Valentini Ritteri, Phys. Strel.

Δ ἀνευα καὶ θεῖνοι καὶ πένθηα δεῦτε κάτοπτρον
εὐσεβίης, ἡμῶν κάτθανεν ἡγεμονίς.
κάτθανεν ἡλικίης ἐν τῇ ἀμνητε καὶ ἀνθει:
φεῦ πότμη ἀρετῶν κάτ' ὤψασεν ἥλιος.
πενθόμεν πάντες τῷ εὐνεκεν: ἀλλὰ μέγιστον
τόνη ὦ ἄρχον φαίδιμε, πένθος ἔχεις,
καὶ σέο τέκνα τῶν βλασφηματῶν φαίδιμα ὄκνη,
τέκνα θεῶν φίλα, καὶ πᾶσι βροτοῖσι φίλα.
φεῦ θανάτοιο. βροτῶν ὡς μηδενὸς ἐνδοθι κόσμῳ
φείδεται, ὡς μεγάλης αἰετῆς ἢ ἡδὲ μικρῆς.
ὦ ἄνθρωπε, θανεῖν μάθε ἐν βίῳ, ὄφρα βιώσῃ
ἐν θανάτοιο χρόνῳ καὶ μετὰ τόνδε ἔχῃς.
ἢ ζῆσις, ἂν μὴ ἐν τῷ ζῆν θνήσῃ: αὐτῆς
ἢ θνήσῃς, ἂν ζῶν θνήσῃ: εὖγε θάνε.
τῆτο καὶ ἡγεμονίς πάσῃ ἐν ζωῇ ἐπραξεν
ἡμετέρη. διὸ καὶ εὐθανάτος γέγονεν.
ἀθίνα πάντες πέλασ' ἤδη εὐὶ Αἰθέρῃ ἀρχει,
ἄρχει τῷ θανάτῳ καὶ αἰδαο δόμῃ:
ἄρχει τλημοσυνῶν πασῶν, καὶ χάσματα χαιρεῖ,
πάντα, τὰ χαιρέμενα εὐσεβέεσσι θεμῖς.
τῆνεκεν ὦ ἄρχον, καὶ ὦ βλασφηματῶν Αὐλῆς,
πάντες τῷ πενθεῖν, πάντες τῷ δακρύειν.
Idem Latine redditum.

F 2

OLAC-

O LACRIMÆ o threni & luctus mihi adeste! theatrum
 Qua Pietatis erat, nostra obiit DOMINA.
 Occubuit florente animo, florentibus annis:
 Heu Sol virtutum splendidus occubuit.
 Omnes propterea lugemus: at enthee PRINCEPS
 Tu luctum in tristi pectore maximum habes,
 Et SYBOLES tua, Prelustris pia GERMINA Stirpis,
 Germina cara homini, Germina cara DEO.
 Ah quam Mors hominum nulli scit parcere! tollit
 Cum minimo eximium, cum eximio minimum.
 O Homo! discite mori in vivis, ut vivere in ipsa
 Morte queas, & post mortis agona tua.
 Non vires, nisi adhuc vivens moriare vicissim:
 Non moriere unquam si juvet usq; mori.
 Hoc tota in vita Dux illustrissima fecit
 Nostra: hinc nunc facili a morte, beata cluet.
 Atq; immortalis summo nunc Axe, triumphat
 Et mortem, & Stygia pestifera antra domus.
 Omnesq; arumnas Mundi: quin gaudia gaudet
 Omnia, caliculis que gaudere datum est.
 Propterea o PRINCEPS, o Aula GERMINA nostra
 Desinite & luctus, desinite & lacrima.

M. Joan. Güntherus.

Pincipis heu nostri occubuit nunc fida marita.
 Fida DEL cultrix, fida patrona inopum.
 Quis teneat lacryma? lacrimis expletur acerbus
 Luctus: iure ergo totus eo in lacrymas,
 Voceq; lugubri cano lamentabile carmen:
 Sed sacrum & sancto funeri honorificum.
 Mortem ex Adamo, a vitam ex Christo hausimus

omnes,

Ex

1 Cor. 15.
v. 22,

Ex nobis Christo qui b genitore sati.
 Insons e Christus erat, pro nobis fontibus atram
 Ipse subit mortem, d donaq; justitiæ
 Impetrat, & e sacrum Flamen genitabilis auræ:
 Arcè quod f Christo nos capiti associat.
 Christo ergo moriente g simul moriuntur & ipsi,
 Quos b Christi extimulat Spiritus igne suo.
 O mors sancta, notas pius; plusq; abolere nefandas
 Peccati & h mortis roboræ destruere.
 Qui sic quotidie moritur, certè ille superstes
 Semper erit: mors l hæc vita beata DEI est:
 Nam m veluti Christus crndeli a morte revixit,
 Et nunc in coelis nil nisi gaudia agit:
 Sic qui peccato moritur, vitam ille capessit
 Jovæ, atq; hunc coeli n gaudia longa manent.
 Hoc nempe in mundo sancta hæc mors, sanctaq; vita
 In sanctis o certis perficitur gradibus.
 Usq; usq; hie sanctis p peccati semen adhæret:
 Hinc inter q carnem & spiritum acerbus agon.
 Hinc varijs r questus, sexcentaq; semina luctus:
 Triste hinc s discidium corporis atq; animæ,
 Triste quidem, fateor, sed t felix atq; beatum:
 Nam sic peccati u funditus omne perit
 Semen, post nunquam ut noceat: x vitæ at vigor omnis
 Et ver perpetuæ latitiæ vireat.
 Expetis exempla? haud sunt crede mihi obvia ubiq;:
 Rarum, ast eximium, cerne tuis oculis.
 Nata homo nostra fuit princeps, sed stirpe Dynastum
 Brandenburgiacum y criminis ergo lue
 Instar Adamigenum infecta, atq; ab origine primâ
 In se continuit semina mortifera.
 Hinc moriendum ipsi: z stat lex adamantina Jovæ:

F 3

Pec.

Rom. v. 5
 t Ef. 9, v. 6
 Ioh. 1. 12.
 c 2. Cor. 5.
 v. 21.
 d Rom. 5.
 v. 16.
 e Gal. 3.
 v. 14.
 f Eph. 4.
 v. 16.
 i Cor. 6.
 v. 17.
 g Rom. 6.
 v. 5. 6.
 z. Cor. 5.
 v. 14.
 h Rom. 8.
 v. 9. 11.
 Matth. 3.
 v. 11.
 i Rom. 6.
 v. 6.
 k i Cor. 15.
 v. 56.
 l Rom. 6.
 v. 10. & 11.
 Rom. 8.
 v. 10.
 m Rom 6.
 v. 9.
 n Eph. 2. 6
 o 2 Cor. 4.
 v. 16.
 p Rom. 7.
 v. 18.
 q Rom. 7.
 v. 22. 23.

r Rom. 7. Peccasti : cinis es : in cinerem ergo redi.
 v. 24. Verum heus mors? Christiana fuit demortua Princeps:
 s Rom. 6. Ergo tua haud ipsi tela nocere queunt.
 v. 23. Mortis ab Adamo, vitæ à Christo ordia cæpit:
 t Apoc. 14. Ipse necem nostrâ pro Duce sponte tulit:
 v. 13. Ob mortemq; suam hanc absolvit crimine ab omni,
 u J Cor. 15. Vivificansq; intus pectus ab igne sacri
 v. 54. Flamini: hinc vivens fuit & tum mortua Princeps,
 x Apo. 7. Et moriens vitam vivere cœlicolùm
 v. 15. 17. Desinere haud potuit : Lacrymas nunc ergo tenete:
 y Ps. 51. Atq; ad amussim huius vi vite quæso Ducis:
 v. 7. Maeste, necem peccato usq; intentetis acerbam:
 z Gen. 3. Mors hæc sancta æquè vita perennis erit.
 v. 19. Hebr. 9. v. 27.

Christoph. Witichius Eccles.
 Ducal. apud Bregens. Diacon.

Viderat Elysiis Lygiam Cirrhæus in oris
 Ereptam terris claudere fata DUCEM:
 Quid mihi non metuam & Vobis, Musa, inquit, acerbi?
 Mors etiam Divus, Principibusq; venit.
 Ne tamen audacis referat Lethum ulla triumphi
 Præmia, carminibus vos prohibete nefas:
 Vos Divam aternis per carmina reddite sectis,
 Vos mortem victam morte probate DUCIS.
 Mors verè victa est, mors mortua: vivit at illa,
 Vivere qua dudum ceperat antè DEO.
 Heus tu Calliope, titulos, Proavosq; celebri,
 Sanguine censendos Principis eja refer.
 Clio gesta canat paucis audita, Genlq;
 Dotes; Ingeniūq; alma Thalia sonet,
 Felices thalamos Erato, felicia lecti,

Ad

Ad cœlum Euterpe pignora laude vehat.
 Terpsichore bona Schlesiæ hac Principe terris
 Donata in dultu Numinis enumeret.
 Melpomene at tragico proclamet mœsta boatu;
 Ablatumq; Orbi defleat omne decus.
 Virtutum texat Polyhymnia leta coronam,
 Quas propter cœlo hanc inserat Uranie.
 Dicenti applaudunt certatim carmine Musa,
 Et satagunt Spartam condecorare suam.
 Addunt se Clariis madefacti labra fluentis,
 Digna q; tam rarâ Principe iussa parant.
 Mysta modum vita, moriendi ac dicat artem,
 Exemploq; Ducis nobiliore probat.
 Idem etiam Fidei qua sint documenta probata
 Principis effecto vividiore notat.
 Factis, nec saltem dictis operata salutem:
 Re, non ore Fidem est testificata suam.
 Scilicet in labris, librisq; est fervida multis
 Religio extremis, pectore parca satis.
 Nil agis impostor, personam detrahe vultu,
 Vulpem corde; DEO cordis operta patent!
 Nec bene qui dixit, bene sed qui vixit, ab illo
 Judice cunctorum præmia digna feret.
 Floribus hinc sequitur vernis contexta corolla,
 Bis sex virtutum texta corolla rosis:
 Gymnasiū replens dulci penetralia odore,
 Gymnasiū recreans pulpita odore nove.
 At ne Te fileam primum dicende, Georgi,
 Princeps, o Patrii gloria magna soli.
 Quis Te quis quæso divinus compulit ardor,
 Divina Matris concinuisse decus?
 Fallor, an extremum Pietas Pietatis honorem

Te

Te voluit Matri persoluisse Tæc?
O amor! o Pietas! Miramur quot quot eramus
Munera presentes divitis ingenii.
Ipsæ etiam præsens Pater Illustrissimus Heros
Hoc visus secum mente silente loqui:
Quod Macedo quondam tendenti ad maxima dixit
Nato: ALIUD REGNUM QUÆRITO NATE TIBI.
Verum sublimi Parnassi vertice Phœbus
Magnificè tumuli sacra peracta videns
Lator, ait: Musas, turbam Musisq; dicatam
In laudes meritas Principis esse satis.
Et quia nil superest dicendum: dicta perennet
A Musis, Musis, Principe, perpetuò!

M. Georg. Gerhardus.

I.

Iicet inquiram loca sola, carentia Sole
 Et Musas lachrymis associabo meis.
 Musa noster amor, vos huc properate frequentes
 Et gemitu gemitus ingeminate meos.
 Ferte oculis lachrymas, capitiq; infundite aquarum
 Fontes, turgescant lumina fluminibus.
 Lumina fluminibus turgescant uda, nec unquam
 Cessent flumina, quò nocte dieq; fleam.
 Ceu moriens cygnus, ceu Progne orbata torore,
 Turture cum viduo ceu philomela solet.
 Hectore uti quondam Priamus; Priameia coniunx
 Ut Priamo casu flevit & indoluit.
 Heu! cecidit laurus. pro! laurus Apollinis illa
 Admiranda suo germine, fronde virens,
 Fronde Piasléam quæ vexit ad æthera stirpem

Facunda

Facundâ, & Lygiam prole recente domum
 Incluta maculavit, quæ tot labentibus annis
 Jam fermè exciderat fertilitate suâ.
 Sed cecidit laurus. pro! laurus amabilis ipsa
 Et cecidit nimiâ fertilitate suâ.
 Nec, quam vel patriæ vel proli indulserat umbram
 Hactenus, indulget plus patriæ aut soboli.
 O dolor! o lachrymæ! Quis enim satis usq; dolere
 Aut deslere queat ferrea fata nimis?
 Vos mecum montes, & vos in montibus ulmi
 Lugete, & gemitus percipitote meos.
 Vos etiam Sylvæ, vos & decora addita sylvis
 Pro viridi pullas induitote comas.
 Pallefcatur Phœbus, nigrescat turbida Phœbe,
 Nulla sit heic oculis obvia stella meis.
 Nox subito tenebris, tenebrisq; obducta cadat nox:
 Hinc pullata meum cingat ubiq; frequens
 Turba latus, furuâq; caput velata cupressu
 Funereas quasset per loca sacra faces.
 Accipiat planctus alio gens sole calefcens
 Sive Euro indomito obnoxia sive Noto.
 Audiat & Zephyrus declivi sole tepescens,
 Nec spernat querulos Mænalis Urfa modos.
 Flere juvet, lachrymis fesso sint gaudia fletus,
 Fletus solamen, gaudia sint lachrymæ.
 Sic cygnus moriens, sic Progne orbata sorore,
 Sic viduus turtur, sic Philomela solet.
 Hectora sic quondam Priamus, Priameia conjunx
 Sic Priamum casum flevit, & indoluit.

II.

Sed vos o miserabiles Phaleuci,
 Tristes, illepidi, severiores,

G

Squall.

Squalentes, tetrici, molestiores,
Vos, inquam, miserè dolenti adeste.
Fienti suppeditate quæso fletus,
Gementi gemitus, aquas madenti
Eheu perpetuo imbre lachrymarum.
Vos omnes simul undiquaq; curas,
Mordentesq; molestias, & omnes
Mærores simul, & simul dolores
Mærenti accumulate. Causa justa est.
Namq; illa interiit benigna Mater
Patriæ, & Patriæ parentis uxor,
Et spei Patriæ Parens relicta.
Illâ, inquam, interiit benigna Princeps,
In quâ vivida Veritas nitebat,
Ex quâ florida Lenitas mtebat,
Sub quâ Gratia & Æquitas vigeant,
Et Virtus Pietasq; purpurabant.
Fienti ergò accumulate quæso fletus.
Gementi gemitus, aquas madenti
Sic ab assiduo imbre lachrymarum,
Ut rorent lachrymæ mihi perennes,
Et fiat lachrymis perennis, illa
Ah, quondam / Patriæ benigna Mater.

III.

Atat! frustra oculi, profectò frustra est:
Hoc vulnus reparare velle fiendo,
Quod nobis nimis ah nimis cruentum
Infixit Lachesis nimis cruenta;
Quamvis in lachrymas profusiores
Solnti, lachrymis perire ametis:
Ceu quondam Niobe privata prole
Aut siens Alcyone Maritum ademptum

Nec

Nec potis lachrymis, mari perempta est.
Frustra, inquam, est, oculi, profectò frustra est
Hoc vulnus reparare velle fiendo.

IV.

Non tam DOROTHEA cœlos repetente SIBYLLA
Sollicitus nimium fata sinistra queror.
Quàm quod DOROTHEA terras linquente SIBYLLA,
Nescio quæ terras tristia fata petant.

V.

Quid mihi tot Divas, Charites, Nymphasq; Napæasq;
Aonio fingis turba dicata choro?
Nulla unquam terris visa est Dea, si tamen ulla
Visa fuit terris, nulla nisi illa fuit,
Quam, (ceu Phœnicem dat quingentesimus annus)
Bregensi dederant fata secunda Jovi.
Hanc numerò quisquis vidit, præ mille Deabus
Fictitiis veram credidit esse Deam.
Nec falso! modò enim terrestri sede relicta
Ad cœlos rediit cœlica Diva suos.

VI.

Principibus proavis, & Principe clara marito
Electorali fata stemmate, Marchica Princeps,
En fatis depressa cubat: tenet ossa sepulchrum,
Spiritus æthereâ sed dudum vescitur aurâ.
Septem, cheu! vix dum lustris transiverat ætas
Et mox Parca ferox fatalia stamina rupit.
Cana Fides, Fideiq; soror Constantia, vitæ
Temperies sacra, Virtutumq; Modestia nutrix,
Et castigati mores, & nobile stemma
Non valuere truci Parcæ divertere factò.
At tu, qui titulosq; crepas, formâq; superbis
Plebæcio genitus de sanguine, credulus annis

G 2

Vei

Vel cœcivum fluxis, mortem contempnis, & ultra
Esse cupis, monco, demittas vertice cœcitas.
Quando nec eximiis didicerunt parcere fata
Nominibus, discas maturius ire sub umbras.

Joh: Naticius.

Quanto majori donatur munere quisquam:
Tanto id majori semper amore fovet.
At cum deperisse videt, subitanea, casu
Solvuntur proptero gaudia mestitæ.
Est id naturæ certum: experientia firmat:
Ut quod Amor Nobis, hoc sit itemq; Dolor.
Exemplo Illustri præsens, **CÆLSSIME PRINCEPS,**
Proh dolor! hoc **TÆMET** resq; diesq; docet.
Excelsio quod enim preciosum munus Olympo,
Contigit haud pridem, nomine, req; Tibi:
DOROTHEA illa **SIBYLLA** fuit, Conjunx, & Amicæ
Illustri & fido confociata thoro:
Donum tale **DEI**, quo nusquam majus in Orbe:
EXCELSO fuit haud charius atq; **ANIMO**:
ID perit: non interijt fatalibus ausis
Est dispunctus **AMOR** protinus, **IPSÆ DOLOR**.
Gaudia miscentur citò quàm par sorte dolenti
Quod fuit **IPSVS AMOR**, jam **DOLOR** esse solet.
Ingens hic dolore est, ingens quia munus est amplum
DOROTHEA HÆC præstans **HÆC Q; SIBYLLA** fuit.
Omnigenis etenim Virtutibus **IPSÆMET** inter
STRMMATA CÆLSA DUCVM claruit atq; **DOMOS**.
VERA FIDES, PIETAS, PAX & CLEMENTIA, RECTVM,
INTEGRITAS, BONITAS, MUNIFICENTIA MANUS.
Hæc symphoniaco concentu & stamine **IN IPSA**
Sese multijugis exseruere modis.

Quare si queri: ut deperdit a munera quisquam:
Defles nunc proprias, **DUX PIF**, iure rices.
Excidit ô summum munus, pars altera vitæ,
Pars princeps Cordis, corporis atq; **T V I**.
Et luctum merito Respublica, subditus omnis
Edit, turbatis, sanguine, mente, animâ.
Et qui non plangent modò, **PRINCIPÆ AMORI ADAMATO**
Omnem spem præter **IUSTA PARANTE SVO**:
Munere **QVI** tanto cassum videt **IPSE DUCALEM**.
Cogitur & viduum cernere sic **THALAMVM**.
Fert istud Pietas, reverentia subdita poscit,
Obsequij, Fidei, Lex simul officij.
Quâ par est igitur **PRINCIPES** ratione **SACRATÆ**,
Cordolium attestor mente, manu, calamo!
Quod **DEVS** inflixit lethalis funere vulnus
Eius post curet dextera prompta precor.
Inter luctificas curas solamine firmo
Erigat adflictum cor, caput atq; Animum.
Munus & ablatum compenset munere magno:
Si volet hoc magni provida cura **DEI**.
Interea **ILLUSTRI DOMVI** tutamina præstet:
Cum πολίτευμα fori, tum πολίτευμα Poli.

Humillimæ condolentiæ devot. &
gratitud. ergo adproperatum

Matth. Thomæ Juniore, Bregensi.

SI postliminio redeat Lysippus ab Umbris,
Praxitelemque iterum Minos Orcusque remittat,
Aut Scopam, Coum vel Apellem, cumque Myrone
Phidiascos Manes, doctorum quicquid & unquam

Artificum famâ ingenti claravit in orbe:
Aut mihi dextera ebur docilis vel fingere ceras
Esset & impressis animare metalla figuris,
Arteve Apellæa cedrinâs fucare tabellas:
Multa tuâ faxo sub imagine marmora vivant,
DOROTHEA euge SIBYLLA, ter optima maxima Princeps,
Brandenburgiaco, dio de stemmate creta,
Nupta Duci magno: mater ter fausta juventæ
Principis haud ulli heroum virtute secundæ:
Quarta Charis: decus ævi: Inopum ancora: Norma modestæ
Mentis in augusta fortunâ: Frugi & honesti
Exemplum: Matronarum laus: gloria sexus
Fæminei: speculum pietatis & unio morum
Deliciumque viri, divûmque hominumque voluptas
Adscriptis laudum his titulis, dum vita manebat,
Partarum: niveisque tuis à vultibus olim
Gratia ut obstabat vivæ Venerumque lepores,
Cera, metalla, color referant pol ubique locorum,
Ne delere tuos possint oblivia vultus.

At nunc dextera mihi rudis & desperet Apelles
Effigiare tuas Virtutes. Cæla dolarent
Nil præter tenues terreni corporis illas
Exuvias, venas, artus, cutem & ossa soluta,
Et quicquid mortale fuit nec funeris expers
Mausolæa tegunt atque urna pusilla coerces.

Verum animus celi ille Quiris, cuncta altior arte
Ad superûm æternas sedes aulamque Jehovahæ,
Qui liber rectâ mundi per inane terendit,
Luce novâ vitæque, cui mors ulla nocere
Non potis est, fruitur, nec fas illi esse fatendum
Ut, quæ defunctis passim monumenta locantur
Hæc eadem ponam Indigiti adscriptoque deorum

Cor-

Conciliis. Statais sublimius extat & ære
Fortius id monumen, quod celsi in mente mariti
Et subolis, Procerum & cujusvis ordinis imis
Insculptum fibris rara virtute paratum est.

Omnia cum pereant, virtus pernicibus alis
Longè extra metas ævi solisque meatus
Emicat, ac cippos & dedignata cupressûs
Extendit famâ vitam ultra licia Parcæ.

Sed nunc non opus est virtutes dicere tantas,
Cùm dicendi inopem laudum me copia reddat.
Ac quamvis, PRINCEPS, Virtutum tanta tuarum
Sit messis, meritis ut quis contendere tecum
Vix ausit: tamen hic temet vicisse videris,
Dum fascis ostrumque tuum submittis IOVÆ,
Indagans sine fine sacris Sapientiæ libris
Quæ lateat, ne quarumvis male credula vento
Pellaci doctrinarum ferretis in æquor
Quod secat alternis in se redeuntibus undis
Cæca superstitio & opinio serva cerebri
Hujus & illius doctoris amore calescens:
Sed medias inter Syrtes scopulosque sonantes
Horni litigii, quo jam confunditur orbis
Totaque relligio, Pietas interlita nullo
Sectarum fuce, CHRISTI de nomine dicta,
Nullius alterius jurare in verba Magistri
Mortalis nec honore viri attenuare profano
Ausa DEL laudes, quæ semita ducat ad astra
Intentis digitis tibi, PRINCEPS inclyta, monstrat.
Hinc tibi iudicium, norma quid discrepet, instar
Rejiculum stipulæ vel sordis ab igne cremandæ
Ac male confutum structuræ: Quæ male fulta
Si nitatur eo fundamine, diruta quo vis

Tur.

Turbine ventorum & pluviis factura ruina est,
Lubrica non minus ac fundo si fidat arenæ.
Sed tamen ó cæcas mentes hominum atque furorem,
Nunc multis pietas discordia tetra putatur
Summaque religio lites ex litibus ortas
De nugis serere & convicia fundere dira,
Queis quotquot propiora ferunt vestigia vero
Delassant penitusque ausint abscindere terris
Aut vel jurato communem prodere causam
Hosti, sævire in propria ut modo viscera detur.
His obstare docet furis mitissima mater
Pacis & obsequii pieras. Legavit & ipse
Pacem discipulis, cum jam valediceret orbi
Christus amorque jubet fidei sit tessera fratris.
Paruit his Princeps sanctissima nostra Magistri
Præceptis studuitque operum monumenta magis, quã
Proderet assanas sermonibus, unde liceret
Conjectare fidei vis quæ intus pectore regnet.
Hinc populo temper succurrere prompta, benignè
Quod potuit fecit. Multis prodesse, nocere
Nullis fortunæ magnæ propriissima virtus.
Quæ jungit superis est magnificentia sola.
Altius hoc uno possunt adscendere summi
Reges atque duces, quanto demissius audent
Ornando miseros descendere. Nonne videmus
Quo Phœbus radios & lucida tela dicit
Ad quævis propius rerum tenuissima mittit,
Celsius hoc quod tunc teneat fastigium Olympi.
Nota fides multis, frustra livore negante
Nostræ hanc præcipuam curam & florente juventâ
Principis & vitâ jam discedente fuisse,
Ut justum exemplum, quo non est mollius ullum

Impe-

Imperium, Princeps aliis foret ac bonum & æquum,
Subiectis prælucendo, sua vita doceret,
Adque DEI laudes, quæ posset, cuncta referret.
En jam decumbens propiusque in limine Mortem
Contemplata, procul vitæ dulcedine missa,
Ceu satias teneat quicquid complectitur orbis
Et quæ thægna putat, ipsevit: celestia tantum
Expetiit, metuitque nihil minus atque moriri.

Felix quem suprema dies & debita fata
Terrenæ vitæ pertæsum, nil nisi celi
Augustas sedes & quæ via ducat ad illas
Offendunt meditantem animo. Poscentibus astris
Ultrò succedit; venienti occurrere leto
Promptus, ut æternum Jovæ dependeat ore
Discens, quæ dubia involvit caligine mundus.

Contigit hoc nostræ Indigiti, quæ cincta coronâ
Majorum, quotquot primæva ab origine mundi
Regia stellantis divos suscepit olympi,
Æternis nuper successit sedibus hospes.
Hic sedet aligerum mille inter millia, Divum
Æterno Patri lætum pæana canentes,
Immensum & nulli linguæ memorabile Numen
Contemplans tota percurrit mente Jehovam.
Omnis in agnitione DEI stat cura beatæ
Atque voluptates. Non est hæc gaudia, non est
Nostræ opis hîc dignè meditari & scribere versu.
O multum exoptata dies, qua cernere coram
Hæc oculis dabitur visusque per omnia nunquam
Mittere lassandos, ereptis carcere Mundi:
Cujus quam misera hoc nostro fortuna sit ævo
Sentimus regnorum obitus cineresque videntes
Dum fas atque nefas versum: pro lege libido
Cuique sua est; hominum pietas perjuria habentur

H

Et

Et malefuada fames prædæ ambitioque duellis
 Iustæ sunt causæ, quibus ah imbuta cruore
 Civili obruitur telius. At casibus istis
 Immunem horrendis æthram incolis atque triumphas
 Læta, quod his vivas procul HEROINA beata.
 Si tamen ad superos quicquid pertingit eorum,
 Quæ mundus perverfus agit, grato haud sine sensu.
 Cernis ut illustris Suboles tua, nata saluti
 Affidæ patriæ & pressis succurrere rebus
 Crescit inoffensoque gradu vestigia avitæ
 Virtutis premit à teneris ac passibus æquis,
 Quantum ætas viresque sinunt conatur honores.
 Sectari præcedentis virtute Parentis.
 Estis Iō superi, sanctorum gentis amici.
 Incano videat mento pariter quoque cana
 JAN. CHRISTJANE Duce[m] Celsissime te tua proles.
 Nec porro divina domus tam tristia fata
 Aut morbos luctumque gravem experiatur. Amata
 Arbos & multum celo dilecta PIASTI
 Prodigia proventu innumeros adolescat in annos.

Humillimæ devotionis ergo
 f. Daniel Pezoldus.

Monimentum Cultus
 HEROINÆ SANCTISS.^æ

idebiti.

Tempus
 mortis Se-
 renissæ.

Dum fugit aspera hiems; dum stant exordia veris
 Præ foribus: Volucres dum cantibus æra mulcent:
 Pisces in fluvio, pecudes in gramine ludunt,
 Atq; hominum omne genus: passim dum præta decoris
 FLORIBUS exsultant, pictisq; tapetibus arva:
 Omnia dum rident: dum formosissimus annus:
 Heu! nostrum DECUS, & FLOS PRÆSTANTISSIMUS AVI

Deci-

Decidit, Excelso præfulgens stemmate PRINCEPS
 DOROTHEA, Heroâ re, & Nomine Diva SIBYLLA,

Flete viri, illacrimate Nurus Juvenesq; Senesq;
 Syrmate quisq; suum pullo testetur amorem
 Ac leffu. Nec jam Tyriâ de lindone vestis
 Ambiat insanos, qui bacchanalia vivunt:
 Nec fidibus, nec jam jurvet indulgere choræis.
 Non hoc ista sibi tempus deliria possit.

Ferrens atque ferus fuerit, qui PRINCIPIS ORBI
 Ac Sobolis Celsæ, MATREM quæ voce requirit,
 Adspiciat siccis, nec commiserantis, ocellis,
 Lamenta, & gemitus, & singultantia verba.

Flere decet cum flente, & latos spargere vultus
 Cum gaudente. Ecquis Natorum haut degenerum unquam
 Temperet a lacrimis, lacrimarum tristior imbrem
 Si Pater effundat? Storge insita prolicet illas.

Et PRINCEPS Patriæ PATER est: nos subdita proles.
 Omnis in hæc semper tanti stat cura Parentis.
 Carmine deplorat Vates quoque fata Josæ,
 Nec dolor exiguus, tot cernere funera passim
 Cognata Gentis, quot jam Fortissimus HEROS
 Sollicitè enumerat: dum Te Pomerania ademtum
 CLARE PHILIPPE dolet: natumque ad summa requirit
 Omnia SISMUNDUM JOACHIMUM heu! quam viduata
 MARCHIA: JOACHIMUMQUE ERNESTUM Francica tellus.

Jamque reerudescit, dum vix obduncta cicatrix
 Vultus, ANHALTINÆ immaturo ex funere ELISÆ;
 Enthea cui Pietas dederat cum nomine & omen
 Divina dotis. Sic nulla Adflictio Sola
 Sed plerumque adstat magnâ stipante catervâ:
 Et luctu luctus velut undâ truditur undâ.

At quid tanta volunt sibi totque cadavera, nostris
 Obvia luminibus? Cacâ num sorte putamus

H 2

Exhorta-
 tio ad Lu-
 ctum.

Causæ
 Luctus
 1. Συμπά
 θεια de
 claranda
 Viduatis
 Illustriss.
 Parenti
 Liberisq;

Sic

Sic temerè ingruere, hautque irato ab Namine ferri?

2. Magna- Altiùs hac animo sunt persculanda sagaci.
tum & " Funera Magnatum, gravium pietate Vivorum
præfer- " Matrumque, & pulchra omnigena Virtute puella
tim pio- " Fulmina sunt ira superùm, exitialia Genti
rum fune Fata ferunt, impendentis sunt signa ruinae;
ra sunt o- Quam scelerum Vindex justissimus ille minatur.
minosa, Nempe suos ille Custosque Paterque fidelis
& Reip., " Præcipit, ut fugiant ventura incommoda pena.
noxia. Cum gressum Haranides vix e Sodomâ extulit, ecce
Cœlitus immisso consumpta est sulphuris igne.
Savit in insontes Pharius post fata Tyrannus
Isacida nati. Josaphat cum lumina clausit:
Irruit in regnum hostis Arabs densò agmine factò.
Justitiâ & pietate gravis post fata Jojâe
Mox longum populi exsilium & juga dura sequuntur.
Scilicet everfis, quibus est subsulta, columnis,
Lahitur alta domus: Navis rectore remoto
Interit: & consumpto oleo mox lumina cessant.
" Publica sic quoque cum Pietatis Atlantibus omnis
" Corruit in peius, retrò & sublapsa cadit res.
Non homo, sed saxum est, quem non mala publica tangunt.
3. PRIN- Flete viri, illacrimate Nurus Juvenesque senesque.
CEPS pie Sic pietas fato Functa Virtusque requirit.
Defuncta Pectore in angusto quanta o reverentia Jova!
omni lau- Quantus amor Christi cum cognitione latebat!
de dignif- Nixa DEO in dubiis quanta o fiducia rebus!
sima. Vix dum septennis percaro orbata Parente,
Virtutes eius A teneris didicit Domino confidere soli.
Pietas er- Credere se sortemque suam; qui curat & orbes.
ga DEUM Facta nec hunc animum potuit dediscere Conjux.
Amor & Ah, quoties dixit, quod si ruat Orbis & Aether,
agnitio Horrendumque fremant Furia, sævique Tyranni,
Christi

Qui

Qui gladios stringunt Christi in sacra jura professos,
In mare præci pites recidant magno impete montes,
Præsentemque mihi accelerent mala plurima mortem:
Fundata in Petrâ tamen inconcussa manebo.
Nec metuam: Possunt tantùm mortalia perdi:
Immortalem animam nulla audent lædere mortes.
PRO CHRISTO, DECUS ET LUCRUM EST, PROFUNDARE VITAM.
Ah, quoties, cura cum Te Celsis? PRINCEPS
Oppressere graves, tristissima vulnera mentis,
Et frons læta parum, defixo & lumina vultu,
Dulcibus alloquiis sic est solata Maritum!
Quid, Mea lux & Amor, mea spes, mea gaudia, corclû,
Conquereris? Disside Tibi, fide Omnipotenti:
Flebile-jam fatum melior fortuna sequetur.
Durato: & modò Te rebus servato secundis
Terpesse o graviora. Dabit Deus his quoque finem.
Coniugis hæc quis parva Viro solatia credat?
Multa tulit graviora. Erras, quicumque sereno
PRINCIPIBUS vultu semper splendescere Phœbum
Atque omnes sine nube dies confingis abire.
Sors & eis quandoque parens, quandoque noverca est.
Sed tulit æquo animo, non indignata Supremo;
Semper ovansque animo spe contrâ audentior ibat.
Quod non corrigere est, durum, patientia mollit.
Tempore tam tragico, quo ferrea cuditur atas,
Fas est omne nefas, fugit verumque fidesque,
Inq; horum subière locum fraudesque dolique,
Impietas, & vis, & amor sceleratus habendi
Plurima larna mali cingit latus undique nostrum,
Assiduè duplices tollebat ad athera palmas:
Ut ferulam, accensam ut placaret Numinis iram.
Atq; utinam illi esset vitæ diuturnior usus:
Amplius ut posset precibus pia flectere fata,

Fiducia
in DEUM.

iiii

Patientia.

Precatio-
nis studi-
um.

For-

H 3

Plerumq; Fortiter se impendenti opposuisse ruina.
 preces „ Non rapidis agitanda Notis mittuntur, in auras
 nō sunt „ Vota piorum hominum. Sunt Murus aheneus illa
 irrita. „ Qualibet adversus lava molimina sortis.
 „ Et Domini Nomen semper fortissima turris.
 Supplice voce rogat fugiens Lothius, ut sit asylum
 Parva sibi Zoar, percat nec prapete flammā.
 Parcit ei Dominus; Sodoma parsurus est ipsi
 Si bis quinque p̄j modo repperiantur in Urbe.
 Pro populo auxilium fretus caelestibus HEROS
 Orat, et avertit flagrantem Numinis iram.
 Reverentia & A- „ Prima DEO: Illustri hinc Reverentia, summa Marito
 mor er- „ Exhibita, atque Fides, socii est concordia lecti.
 ga Illu- „ O quid amabilius mundo, quam par bene concurs!
 striff. „ Illud est eternum, est superum hic benedictio ditat,
 Maritum „ Intolerabilius sed nil quam Femina pugnat,
 cum con- „ Summus Amor sobolis noctesque diesque fatigat
 cordia „ Sollicitam Matrem omnigenā virtute beanda,
 studio. „ Hanc sapere est fari docuit variè atque rotundè
 Amor er- „ Femina docta; est cui sexu prudentia major;
 ga sobolē „ Ceu quondam Romana suos Cornelia Gracchos.
 Illustrem „ Dic mihi, quid praestet Nutricula major alumno?
 Pudicitia. „ Laude pudicitia nonne usque ad sidera nota est?
 „ Nil dictu factum poterat perferre, nec unquam
 „ Lumina lascivas motu jacentia flammās.
 Modestia „ Ac, licet Illustri fulgeret stemmate nata:
 „ Non tamen abjectam potuit contemnere gentem;
 „ Aut jactare Genus, nisi quod traxisset ab alto
 „ Electa est Dilecta DEO, et sacro igne Renata;
 „ Sic visu facilis, sic dictu affabilis omni.
 „ Grata DEO atque homini o quam rara Modestia Virtus!
 „ Exsulat haec autis vulgo, atque superbia regnat.
 Aequabi- „ Prospera non animum instabant: non aspera rerum

Frans

Frangebant pectus natum e meliore metallo.
 In cunctis stabilem norat servare tenorem.

Quid dicam, quā illi dederit pronissima egenū
 Alma parens natura, et non adamantina corda?
 Labra siti ardebant tibi? Vis aut te improba ventris
 Torset? Non mora, Te dapibus potuque refecit.
 Exsul eras? Dextram tibi non porrexit inanem:
 Nudus eras? tuto te mox velabat amictu.
 Aeger eras? tristi languiebant corpora morbo?
 Ipsa Machaonio succo recreavit est herbis.
 Compede constrictus durā? ob tua vincla dolebat:
 Non ignara mali miseris succurrere norat.

Sic vixit, tanquam moritura: emortua sic est
 Mortuaque adsiduè, tanquam victura per avum
 Cum Domino. Nec eam spes hic confudit inanū.
 Sic namque Emoriens moriensque evivere nescit.
 Et dubitemus adhuc DECUS hoc lugere peremptum;
 Nec, quem promeruit, grati matremque honore!

Ergo ades huc omnis cum PRINCIPE subdita turba:
 Agnoscenda, piā tollamus ad aethera laude
 Enthea Defuncta, quae nobilitata resulsit
 DONA: ac devoto fundamus pectore grates
 Donorum Auctori, qui sic sua Tempora coronat.
 Illius haut nostras capiant obliviam mentes,
 Sed bene apud memores veteris stet gratia facti:
 PRINCIPIS est Tanta Nomen cum laude perennet.
 Virtutem Exemplo discant, Numenque timere
 Femina, Virque; animo est victorum elidere fibras.
 Sint rata quae voluit, quae extremo sanxit agone.
 Quin est anhelemus nos ad caelestia regna
 Perpete ei ut liceat conjungi stamine nobis.
 Sic demum verè Sancti post fata coluntur.

JANE sed o CHRISTIANE Excelsi pectoris HEROS Consola-
 Parce

litas ani-
 mi in u-
 traq; for-
 tuna.
 Miseri-
 cordia &
 beneficē-
 tia erga
 alios,

Medita-
 rio mor-
 ris adfida-
 cum stu-
 dio mor-
 tificatio-
 nis con-
 iuncta,
 Eutrua-
 stia seu
 Mors be-
 ata, certò
 sequuta.
 Cohorta-
 rio ad pra-
 standum
 Defunctae
 cultū de-
 bitum;
 qui expli-
 catur per
 partes.

tio dire-
cta ad Il-
lustriss.
Clemen-
tissimūq;
Princi-
pem Vi-
duum.

Parce supervacuis heic indulgere querelis,
Conjugis ob Tanta divortia; parce dolori.
Nec, quid Amor; Tua sed Ratio quid suadeat, audi;
Publica quid res, quae ipsa etiam Tibi contigit Uxor
Heu! gemitu gemebunda Tuo, prostrata dolore;
Quid DEUS, & passim quid seculi exempla prioris.
Vince animi morsum, letosque iterum indue vultus.
Ivit, quod Pater, atque Avus, ac dulcissima lecti
Pignora, quod CHRISTVS, quoque Ipse aliquando sequeris.
Sic placuit Domino, cuius stant omnia nutu
Atque cadunt, mediis exemtam fluctibus illam
Æquoris in tutâ Cœli statione locare.
Hanc quis ei invideat? quis non adplaudat habenti?
Seiunctos manet in cœlo conjunctio firma.

Tota nec a Te abiit Coniux Facunda Marito:

Respice tot teneros præstanti corpore Natos.
Vi vit in his Mater, Matris redrevivæque Virtus;
Ingeniumque sagax, & frons præclara minantam.
Illi turbata reddunt solatia menti:
Basia cum figunt, occurrunt blanda loquentes,
Omnia conantum aut docilis sollertia vincit.

Inflam-
matio
Subdito-
rū ad vota
votis con-
iungenda
pro salu-
te publi-
câ & pri-
vatâ; in-
primis ve-
rò Illust-
riss. Prin-
cipis.

At votis vos vestra meis conjungite vota
Subdit agens, orate atque exorate Tonantem
Lapsibus offensum nostris, ac se va minantem
Bella, famem, exsilium, morbos, incendia, mortes;
PRINCIPIS ex obitu ne quid Respublica damni
Sentiat. Avertat placidum læva omnia Numen.
Mitior adspiret Zephyrus surgentibus aura:
Pax redeat, terris maneat Pax aurea nostris.
In Pelago hoc nobis sint Alcedonia tuta:
Publica Res vigeat, vigeant templa atque Lycæa;
Luxurient segetes: distendant horrea messes:
Corporeque in sano mens non insana vigescat.

Sup-

Supplice adoramus sed voce ante omnia Numen;
PRINCIPIS Heroi ut clemens subsellia firmet,
Consiliis faveat præsens, bene capta secundet
Dans animo robur, vegetasque in corpore vires.
Spemque PIASTÆ, prælustria Germina Gentis
Protegat, & Pyliâ donet sine nube senectâ.
Omnia salva reor, dum Gens stat salva PIASTI.
Vivere da sanctè tandem ida occumbere morte
Summe Pater Sanctum; & post fata capessere cælum:
Membra ibi cum CHRISTO Capite ut dominantur in ævum.
Hæc tantum Nobis: Aliis plura, ut lubet adde.
CHRISTVS OPES Cælumque mea: nihil amplius opto.

Cycnæa Cantio
EJUSDEM BEATISS^x

A Modò qui in DOMINO moritur, verè ille beatus! Apoc. 14.
PRINCIPIS in Domino vox Morientis erat! v. 13.
Scilicet heic Dicendum orbi, Satana, & vale, carni
A Modò, dum vitam continuare datur:
Effodiendi oculi: refecandi dextera pesque;
Virtutem Domino suppedit ante suam:
Illecebra exscindenda omnes: perdendaque vita
Ob causam Domini, est, inque fide Domini:
Si cupis optatam, cælum, contingere, metam.
Hæc sine non fas est currere ad astra viâ.
Nempe via ad cælum ducens Crucifixio carnis;
CHRISTVS at est cœli Janua, Duxque via.
Sanguine nos fuso Hic, & sancto Flamine servat.
Solutus & Hic GRATIS; non opera ulla beant.
A Modò sic ergo moriamur: & A Modò verè
(Nempe FIDE VIVA) turba beata sumus.
Ob Dominum, inque Fide Domini sic emoriamur:
A Modò & ad spectu turba beata erimus.

I

Tunc,

Tunc, nostra in Domino Vita abdita jam, retegetur.

O, quando ille dies, quo retegetur, erit?

Humill. observantiâ P. subjectiss. Servulus
M. Joannes Buchwälder.

I.

Vos quibus est Helicon, totusque reclusus Apollo,
Ite, ite, in longos carminis, ite, modos:
Nos breve vix sinit hoc ingens expromere luctus:
Ipsa eheu Virtus facta rapina neci est!

II.

Non satis est, Patriæ Te cernere flebile funus:
Occidit et cordis proxima Costa Tui,
JAN. CHRIST JANE, Piastréo sate sanguine Princeps,
Idemque Elysi splendor honorque soli.
Scilicet hæc facies mundi est solemnis; ut unum
Duplicet aut triplicet fors inimica malum.

III.

EUGENIE lacrymis oculos suffusa nitentes,
Eheu **DOROTHEE**, sic ait, occubuit!
DOROTHEE illa illa heroum divina propages,
Illa amor, illa **DUCIS** delictum **LYGII**.
Adfundit socio **EUSEBIE** suspiria luctu;
Tam charo & **CHARITES** illacrumant Capiti.
Ipsaque **RELIGIO** ferali indulget amictu,
Et sua præclaro hoc funere damna gemit.
Indignum, lacrimas Critico ungue notare Maritis
Si causa hæc Cælum penè dolore movet.

Caspar Liebigius.

Dum fremit horrendum passim furialis Enyo,
Urbesq; ac cultos undique vastat agros;
Et dum dira modo passim quis cernit & audit:
(Triste DEO nostrum sic feriente scelus)

Doro-

Dorothea alma Sibylla, Domo sata Marchide, Princeps,
Morbis atque malis languida facta, cadit.

Excelsumq; Parem, **Excelsa** cum Prole, **Johannem**
Christjanum Lygio quo Duce Brega viget,

Deserit ante diem: totq; inclytæ Pectora & Dulam,
Et sibi subjectos quosq; dolore premit.

Sic reprobos, pariterq; probos, fata aspera tangunt:
Sic humilem ac altum Mors, sine lege rapit.

Sic luctum & planctum Mors portat in Orbe relictis:
Donec & hos etiam sub sua jura trahat.

Sed bene habet: quia Dux celsissima, corpore, letho
& st subducta Solo, mente locata Polo.

Nunc ubi ter felix morbos, genus omne malorum
Despicit, & quidquid mundus inane colit:

Et λόγῳ auscultat coram, secreta docentem;
Et pace, æternis perfruiturq; bonis.

Premia pro donis tollitq; per ampla, pios qua
In **DOMINI**, Extorres juxta in opesq; tulit.

Conjugem & augustum, & sua pignora dia moratur,
Ultima qua reddet, non peritura dies.

Ah qua perfundent tum gaudia quantaq; junctos,
Absque modo, nullum post habitura modum!

Interea sed **FROVA** Ducem, & Stirpem, atque Ducatum,
Lugenesq; omnes firmet & exhilaret.

Inclytus imprimis Princeps, sacra Germina longum
Principis hic vireant, hic maneantq; super:

Gloria sub quorum Christi & Grex tegmine crescat:
Æterna indigenum surgat itemq; salus.

Seroq; defuncta tandem socientur Olympo:
In Regno & rutilent, fulgida ut Astra, **DEL.**

In Mundo sunt fluxa, potentia, splendor, Opesq̄:

Pacta Pius celo non peritura bona.

Subjectissimæ *συμπαθείας*, & humilissimæ gratitudinis ergo lubens & lugens pangebam & plangebam, Elias Origanus, Expastor superioris, Hansdorff, in Comitatu Glacensi.

Si fuit inq̄; DEUM, Populosq̄; DVCEMQ̄ DVCLISSA
Sic affecta, pio sicut Amore decet;
Hoc fuit, hac etiam Tua laude perenniter aucta,
DOROTHEE, Princeps Celse, SIBYLLA cluit.
Ægrius hinc pateris, Tibi quod præcepta sit, hocq̄;
Præpropere mentem frangit Agone tuam.
Cum sedenim subeundus Agon toleratus, & actus
Sit statuente DEO, sitq̄; juvante DEO:
Functaq̄; sit vitâ, sequitur quam vita perennis,
Ante DEVM, qualem pro pietate refert;
Hanc pius expectans, patienter ferro ruinam,
Nosq̄; Tibi Votis crede subesse piis;
Ut Tua Progenies, Patriæ Spes altera, Stirpis
Gloria, Te salvo, salva sit Ipsa diu.
Talia, qui Patrios, & Avicos, ordine, Manes,
Quosq̄; suo, Iuvenis sum veneratus ego,
Nunc Senio comitante magis precor, atq̄; precabor,
Id quod & officium Credo manere meum;
Officium non grande quidem, sed Manibus aptum,
Quos patet Æthereâ conditione frui.
Iuncta DEO vivat Tua Costa; Tibiq̄; Tuisq̄;,
Adsit ubiq̄; suo semper Amore DEUS.

SAMUEL LATOCHIUS,
Pastor Cygnæus emeritus.

ODE ALCAIC.

Ardente jam lux desuper è poli
Sphæra micabit, quâ tumulabitur

Corpus, quod instar florû, instar
Graminis, heu, jacet arefactum!
Non fortuito cred: mihi, occidit,
Non fortuito expalluit optima
Princeps, at id totum JEHOVÆ
Est opus, ipsius hæc voluntas:
Fortasse mundo mille pericula,
A patre summo justitia imminent,
Horrenda sunt fallacis ævi
Nequitia incutienda frena;
Depone cordis duritiem improbe;
Nam, ne fideles vexet idem malum,
Communis & perdat ruina,
Incolumes ita ab orbe aguntur:
Mox deinde pena corripunt gradum,
Atrox malorum colluvies quatit
Malos, & æquas lance justa
Dant reprobis hac ratione penas.
Exempla passim Biblica fustus
Id comprobant. Sanctum è Sodoma Lotum
Jehova duxit, quando flamma
Sulphure mista voravit urbes.
Sunt namque sancti murus aheneus,
Sunt firma mundo hinc mœnia, qui suis
Suspensis flectunt Jehovam
Flammigerâ metuendum in irâ!
Ne verò flectant, semovet; ast ibi
Mox quanta mittit spicula? ferream
Virgam tremiscens totus orbis
Sentit atrociter, & pavescit!
Proinde sicut nuncia floridi
Hirundo veris, sive ciconia,

Quando avolant, terrisque nostris
 Posthabitis aliunde migrant,
 Signum est futuri frigoris horridi
 Brumaeque tristis, sed reduces fisco
 Quando imminent lata volucres
 Veris opes revehant sereni:
 Sic mors piorum & fata fidelium
 Sunt ingruentis signa molestia:
 Adventus illorum reducit,
 Indicium bonitatis alma!
 Iccirco Princeps alma SILESIÆ
 Flos Brandeburga lucidior domus
 Currusque roburque Israëlis,
 Te moriente pius recessit.
 O Christe caelo scande salutifer,
 Tecumque vita & gratia virvida,
 Solare nostros, neu relinque
 Nos, tua pignora, ab orbe pressa!
 Constantinus Ringius Eccles. Polonic.
 Ohlaviens. Minister.

I.

Agricolæ primo, quo spargunt semina vere,
 Multaq; quò copi mense beentur, agunt
 Ecce sui, SCULNÆ conspersum sanguine CHRISTI
 Corporis & granum NOSTRA DUCISSA ferit:
 Scitis? quale sibi, quando Tuba postuma clanget,
 Indeptet corpus? SPIRITUALE METET.

II.

NON est vestiges multum, quòd largiter æthre
 Deciderit nuper plurimus imber aquis;
 Nam sublesta fides Tibi non sit: Nostra Ducissa
 Vt sanctè extremum cluset in orbe diem,

Illius

Illius interitum sat deplorare requibat
 Silesia: Hinc cæli fletibus usus erat.

M. Georg. Mærisch.

Actum agit, & sterili Divum ferit ora tumultu,
 Qui gemit humana fata sinistra rei.
 Olim sat questum est, referantq; volumina tota
 Nos premat ut dura conditionis onus.
 Nil tamen effectum est: miseri parte angimur omni;
 Speq; prius, subito labimur, occidimus!
 Ac in confesso est: Hominem cum dixeris, uno
 Complexu, Nihili, dixeris, omne genus.
 Plus agit, exactis timidâ qui mente quærelis,
 Mollire humana sortis acerba cupit.
 Fidere qui Christo svadet, diffidere carni,
 Spemq; omnem in facilis velle locare DEI.
 Qui docet incerta minus arma pavescere mortis,
 Claudere quiq; dies in pietate docet.
 Nec tantum qui voce docet, sed dogmata certis
 Exemplis aptè reddere firma potest.
 Voce quidem instituunt vitæ sacra verba Professi;
 Exemplo Vates conveniente juvant.
 Ast hic plurimum agit, qui sanctæ ad legis amussim
 Pensculat vitæ scrupula cuncta sue.
 Fidere qui cælo discit, diffidere mundo,
 Consilio involvens seq; suumq; DEI.
 DOROTHEE hoc postremum egit divina SIBYLLA;
 Ipsâ re munus consiliumq; DEI.
 Hæc solida curam gessit Pietatis in omni
 Vitâ, ardens Christi calite amore sui.
 Nôrat enim exactè: ceu virtutum unica Princeps
 Sit Pietas, ita sit Principe digna Virâ.

Regi-

Regibus ex atavis duci, diademata Regum
Si desint, Pietas Religioq̄, parum est.
His Hera nostra litans fructus concepit amœnos,
Christianam adserunt qui comitare Fidem
Quos isthuc longum fuerit memorasse decenter:
Omnis & Elysi novit Alumnus agri.
Novit, adhucq̄, dolet Speculum cecidisse decori:
(Si petiisse tamen, sit cecidisse, polum)
Illustre ab Speculum, in quo Virtus viva videri
Se dabat, & Charitum dia propago trium!
Præcipue adflictos solandi prona voluntas,
Perpetua illius pectoris hospes erat.
Asperius nihil est, dicunt, quam femina dives:
Principe nil usquam mitius hacce fuit.
Non illa aut Procerum causas, aut scepra Mariti
Magnanimi, audaci sollicitare manu.
Sed spartam exornare datam: studioq̄, fideli
In recti Sobolem consolidare viâ.
Quin etiam, instanti imperterrita pectora letho,
Auxilio Flatus, usq̄, parare, sacri.
Non virtute etenim voluit, sed sanguine niti:
Non virtute suâ, sanguine, Christe, tuo.
Hinc etiam, ex magnâ quæ vixit parte beatè,
Felici potuit morte beata mori.
Fallimur: Hæc tot ovans virtutibus Heroïna
Corpore vix potuit demoriente mori:
Vivit adhuc, vivetq̄, avi in documenta sequentis,
In mediâ ostendens vitam habitare nece.
Ergo, si in vulgus manant exempla Potentum,
Hæc exempla Ducis vulgò imitanda manent.
Quò feror? hæc excellæ ingentia Principis orsa,
Non nisi ab Heroïis mentibus apta sequi,

Quas

Queis ego! Sed præstat humiles abrumpere versus;
Et tacitâ Lygio mente favere Lari.

Augustinus Iskra.

Auricomis fulget radijs de stemmate BRENNI
Stella, PIASTEÆ sancta Corona DOMUS:
Cui Pietas, cui rara Fides, cui gratia Morum
Admoveret & Virtus lampadas ipsa suas.
DOROTHEAM dixere sui; dixere SIBYLLAM:
Omen in Augusto nomine suave latet.
SLESIA sit testis, testis GERMANIA; testis
EXTERA sit tellus; testis & Invidia.
Quàm liquido cæcum collustrat lumine Mundum;
Et face nigrantis noctis opaca fugat!
Sed fugit! heu! (loquar, an silcam?) fugit ignea terras!
Heu fugit! & superas FAX petit ista domos.
Frigida mens hominum cælorum munere nescit
Uti: quin terram terra alit atq; sapit.

Godofredus Schneeweifs.

I.
DOROTHEA SIBYLLA,
per Anagramma,
ex ore Defunctæ quasi recitative
audiendum.
ITO, LIBERA A DOLIS.

Scilicet in Mundo hoc pro tempore fraudis abunde est:
Non heic religio est, fallere posse suos.
Nempe Patrem, Matrem, propriam cum fratre sororem:
Creditor ingenij hoc (scilicet) esse cati!

K

Hoc

Hoc vitæ saturat multos, quos ardor honestæ
 Incendit, memores & jubet esse sui.
 Immò DEI potius, qui vindex omnia cernit,
 Auribus cui sunt, audiat ille, plaga.
 Horum etiam ipsa fusi semper, suspiria testor;
 Quæ misi ad superum nocte dieq; DEVM,
 Exsolvi cupiens, & Mundo linquere Mundum:
 In Cælo à variis libera & esse dolis!
 Audiit illa DEUS, sic dicens: Filia, agè ITO
 In cælum, à variis LIBERA & esto DOLIS.
 Ut dictum, ut factum est: Cælesti in sede triumpho:
 Nec timeo ullæ mihi subdola verba dari,
 Et quia sum niveo fidei constantis amictu
 Induta, atq; HOMINIS sanguine lota DEI,
 Euge, DEO placeo! Vitam sic viva beatam!
 Sistes hinc lacrimas, chære Marite, tuas.
 Et lacrumis parces, Natorum o gemma meorum:
 Et parces lacrumis, subdita turba, tuis;
 Quando DEO placeo! Vobis hoc jure placeto:
 Et studium, pariter posse placere DEO.
 Laus magna in Mundo est magno placuisse Dynasta:
 Major at in cælo est laus placuisse DEO.

II.

Tumulus
DIVÆ EJUSD.

Siste pedem, & multa ex paucis his discite, Viator:
 CHRISTIANI jacet heic rara Marita Ducis,
 Rari nempe Ducis: Quanam? THEODORA SIBYLLA,
 Brandenburgiaca fulgida gemma domus.
 Laudes Rebecce meruit, meruitq; Susannæ.
 Quanta o sub parvo hoc marmore gaza latet!

III.

III.

Ad Bregam Illustrem,

De Obitu

Ducissæ Ejusd. Optimæ,

vel Matris, p. m.

Exime cor homini, atq; exemptum finde securi.
 Factum est. Hinc totum in sanguine (triste) natat!
 Partem redde homini, partem committe sepulchro.
 Reddita pars homini est; credita pars tumulo est.
 Nunc mihi pingere hominis faciem, qui talia sentit:
 Et sic dimidio vivere corde potest!
 Picta est. Jam dic tu, Brega Illustrissima, cuius
 (Dicere nempe potes) picta sit heic facies?
 Nonne tui, vidui pro tempore, Principis illa est?
 Principis illa tui est, est Patris illa tui!
 Quem nec defunctum, nec vivum dixeris aptè:
 Postquam consortis rupta catena tori est.
 Nam tantum hinc patitur, patitur quantum ille dolorum
 Qui fissi in medio vulnera cordis habet.
 Tu Pater Omnipotens salvantem exporrige dextram.
 Plus etenim ipse potes, quam medicina potest.

Sic oro, sic opto, ut debens, ita volens,
 Daniel Eithnerus, Wolâ-Silesius.

Darff auch Morbonia die Könige verkehren /
 Wie ihrem Todespfeil / vnd ihre Zähne sehen /
 In Fürstliches geblüt? verachtet sie dann gar
 Der Schönheit zarte blum vnd aller Tugend schar?
 Kan dann kein Croesus nicht; kein Hector vberwinden?
 Kan dann kein Hercules ihr ihre Hände binden?
 R ij

Kan

Kan dann kein Cicero / Kan niemand wer er sey
Dann wiedersehen ihr vnd ihrer Tyranny?
Nein / nein / es kan nicht sein / wir können nicht entfliehen
Des Todes grossen macht; es muß ein jeder ziehen /
Doch endlich diese Straß / vnd wer er noch so stark /
So frisch vnd jung / muß er doch in den Todtensack?
Es muß ein jeder doch geschaffen von der Erden /
Denn endlich in der Erd / zur Erden wieder werden:
Wie dieses ist dann / o schmerz! o grosse qual!
Genung zu sehen ist / weil die durch Todesfal /
Von vns gerissen ab / die löblich aller Frauen /
Fraw Dorothe Sibyll / ein Spiegel anzuschawen /
Die billich eine Sonn / der Tugenden erkandt /
Vnd aller Fürstinnen Regentin ward genandt.
Wie statlich habet ihr / ihr armen blinden Heyden /
Euch von des Todes art doch wissen zubescheiden;
In dem ihr / das er blind vnd ohne augen sey
Recht blind geschrieben habe. Ein jeder sieht ja frey
Das er mehr als zu viel / vnd recht / sich könn besehen
Weil wieder alle biest / weil wieder alles sichen /
Das schönest allezeit / er weg zu rauben pflegt /
Vnd nichts auff der welt / den tauben Tod bewege.
Schaw diese Helbin an! war sie dann nicht geboren
Vnd zu der schönheit sich vom Himmel selbst erkoren?
War die Princessin nicht / ein Bildnüss aller zier /
Ein außzug der natur / vnd künstliches manier?
War nicht entsprungen sie / von Königlichem Stamm?
Vnd kamen nicht in Ihr all Tugenden zusammen /
Als einem Schönen Haus? In summa war sie nicht.
Was die Gottseligkeit betrifft / ein helles licht?
Noch hat nichts wenigste dieß alles können enden /
Vnd den verstockten sinn / des rauhen Todes wenden.

Ja

Ja mehr nichts; auff der welt / nichts nichts geholffen hat
Wie sehr man immer werth / wie sehr man immer that.
Was Herzog Christian Prinz aller hohen Seelen /
Was halff euch ewre klag / was halff euch ewre quelen /
Damit das Fürstliche Geblüt ihr so geplagt /
Das billich iederman mit einer Zungen sagt /
Ach all zu grosses thun! Ach all zu grosses Zagen!
Was aber denn halff Euch (ich biest thut doch sagen)
Ihr Jungen Herrelein / die grosse threnenbach /
Die der Fraw Mutter ihr / mit schmerz gesendet nach?
Was sag ich / halff es Euch? es wolte nichts verstehen
Der Ohrenlose Todt / es musse nur so gehen /
Wie er gefangen an / O deine grausamkeit
Du grimmig Atropos / die du hast ab gemeist
So eine schöne blum / in Ihren besten Jahren /
Hat deine böse hand nicht weiter können sparen?
Hastu den Lachetis nicht lenger können ziehn /
Den Lebensfaden aus? hat deinen harten sinn
Kein hoheit Clotho denn nicht können überwinden?
Habt ihr denn niemand mehr sonst vbrig können finden /
Den ihr gezogen auff zu ewrent Todtentank /
Dem ihr gesehet auff den herben Myrten Kranck?
Nein niemand mehr war da; die jenen mussten bleiben /
Die sich doch selbesten euch offte thun verschreiben:
Xantippas hets genung die feinsten bleiben siehn /
Vnd nur alleine dieß Abigail mit gehn.
O mörderische hand! o ranberische Sinnen!
Kan denn kein Tugend nicht / euch ewer herck gewinnen?
Hilffte den gang nichten euch / der schmerz / die grosse qual
Die leider! ist tregt Ihr Fürstlich Ehgemahl?
Hilffte dann gang nichts an euch das flehen / trawren / weinen /
So meniglichen führt die grossen vnd die kleinen /

R iij

Be vor

Bevor die Fürstlichen / nun arme Weisselein?
Nein / Nein / nein / saget ihr / Es muß nur also sein.
Ach grimmiges geseh! was aber hilfft das trawren /
Der Jammer vnd die Klag damit wir Euch betrawren /
O Irdische Göttin? ein ziehl ist doch gestalt /
Einmahl ein ieden / der in diesem leben walt.
Das kan niemand umbgehn; dem kan niemand entwerden /
Wir müssen alle doch dann mit den schwarzen Pferden
Persephones dahin: es ist nur eine Straß /
Der reiset sie geschwind vnd frisch / der mat vnd laß.
Es ist beschaffen gleich mit vnserm armen leben /
Wie mit dem Sonnenkraut: das thut sein haubt erheben /
Vnd siehet stetes nach dem edlen Sonnenschein:
Bald aber so verdeckt sein leuchtet Augelein
Das grosse licht der Welt / muß es auch lassen fallen
Sein schwaches mattes haubt: so geht es mit vns allen /
Ein jeder zu dem End alhier auff Erden lebt /
Das stets er auffacht hat / wenn man ihn auch begräbt.
Wir sind auff dieser Welt nicht mehr als Pilgramsteute /
Das leben keinem wird vor eigen zu der beute:
Es ist gelichen gutt / wenn kommet der Termin /
So muß man zahlen ab vnd nur von hinnen ziehn.
Vmb deß / Ihr wehrter Held Fürst Christian / last drabt
Forthin all vngelückt / vnd thut nicht mehr durchgraben
Das sonst starkes herß: last alls in glückes zeit /
Ist vnbevegtes stehn vnd ohne traurigkeit!
Last alles klagen sein / weil weder Geist noch leben /
Ihr der Verstorbenen durch diß köne wiedergeben:
Weil weder leben / tod / geld / gutt / den bringen mag
Zu rücke wiederumb / der einmahl schon den Sack
Des Todes angethan. Zu dem ist nicht verlohren /
Die fromme Dorothe Sibylla lebt erkoren /

Nun

Nun eine Bürgerin in Gottes höchstem Thron.
Vnd wird begrüßet da der Heldinninnen Kron.
Sie ist Euch Edler Fürst nur iho vorgegangen
Verwartet Ewrer da / mit höchstem verlangen /
Vnd siehet allezeit wan ihrer auffenthalt /
Ihr zu der seiten nun auch werde hingestalt.
Deßgleichen thu du auch du Herzogliche Jugend /
Vnd folge folge nach / der Väterlichen Tugend /
Laß alles trawren sehn: denn die Frau Mutter lebt /
Sie lebet vnd mit fremd die Siegestrone hebt /
Die Crone die sie nun durch ihren Tod gefunden /
In dem Sie alles Creus vnd Trübsal überwunden /
Vnd statlich obgesigt. Forthin auch keine noht /
Sie mehr anstossen mag / sie lebet nun bey Göt /
Im rechten Freudenreich / dahin vns auch erheben
Woll / dieser grosser Herr / wann wir das müde leben /
Nun ganz zu Ende bracht. In seiner hand allein
Des Menschlichen Geschlechtes / Jahr / tag' vnd zeiten sein.

Christianus C. F. Cunradus
Vratislaviensis.

Oceanus vita.

VT primùm cæcæ materni carceris umbras
Deserit, & patulas mundi prorumpit in antras.
Parvus homo: vitæ sese componit in Altum.
Ilicet innocuum fatorum murmura nautam
Excipiunt, sceliq; illum per littora pellunt.
Navigat infelix, vitæq; per æquora tendit.
Nescius humanæ quàm sit mors proxima vitæ.
Navigat ille tamen, seseq; exponit avaris
Fluctibus, ac scopulos, fortis quos invida tendit

Noy.

Noxia, collidit. Nunc illum turbidus Auster,
Nunc Cauri, Boreas, nunc Euri fulmina saxi,
Et gravis ira Noti cingit: Hic mascula cete
Spumosos magno fluctus craterepropinant:
Hic Echencis adest, prohibens procurrere puppim;
Illic dulce malum nautis, lasciva voluptas
Sirenum natat, illuviesq; voraginis altæ
Expandit fauces, huc illuc agmina fluctum
Profiliunt, ut vel parvo sub pondere cymba
Incipiat gemere: at cum jam evitata Charybdis
Incidit in Scyllam, redit & labor actus in orbem,
Oceaniantanti veniunt incommoda vitæ.

Hos inter validos suspirantesq; labores,
Quos miseri tantum, fatis ne cedere nobis
Contingat, patimur, fatis concedimus ultro.
Scilicet illa viam, vitæ quæ ad culmina eatur,
Inveniunt, tristi nolentem funeprehendunt.
Tunc demum casses, tantum quos fugimus, ultro
Incidimus, gratus nostræ tunc, pallida mors est
Portus & aura viæ, scalmos mors laxat, & illa
Vela legit, nostræ mors ultima linea scenæ.

Vt verò tali qui audax discrimine functus
Littore stans, alios innantes respicit Alto
Vela dare, spisso deridet vela cachinno.
Vicimus hæc, inquit, magnosq; peregrimus ausus,
Vicimus, in portu stantes: sudate miscelli.

Tu quoq; per tanti spumosa volumina ponti,
Per tristes scopulos, vitæ per mille charybdes,
Et fluctus, nulli nautarum parcere doctos,
HEROINA redux, portum jam nacta quiescis
Vicimus hæc, inquis, repetendo, vicimus, inquis;
Vicimus in portu faciles: stant omnia portum

Nautibus

Nautibus in tuto, nullis obnoxia ventis.

Ne lacrimis ergo spumosa rubescere tantum
Lumina contendant; nec eant in littora fletus.
Huc omnes trahimur, non deflectente carinâ;
Huc nos aura vocat; series hæc unica vitæ est.

Vos modò celestes animæ, gens incola cæli,
O molles zephyri, cælo qui ducitis ortum,
Aspirate Bonis, ne turbine versa malorum
Nostra carina gemat, nec nos subito elanguentes
Gurges ad ima trahat; leni sed murmure vela
Ducite, quò sedes superum, mundusq; piorum;
Ver ubi perpetuum, nemora & ridentia nardo,
Quò vocat ardentis cælesti Spiritus igne
Mentes, quæ pietas, virtus quæ cælica regnat;
Huc ubi spirantem tulit inter numina Divam
Te, Heroina, sacer populus felicitis Olympi.

Heroina fave, tumultum tibi terra rosetis
Subdita cingemus, sacrisq; litabimus aris,
Ter centum gemitus, ter centum mollia terræ
Verbatuis dabimus ne sit gravis ossibus. Atquæ
Terra tibi gravis esse? gravis cum viva, nec ipsi,
Aut ulli fueris, tellus quot spectat & æther.
Nescit enim cælo mens orta nocere, nocere
Si qua tamen potuit, noxa hæc in commoda flectit.

Andreas Sänfleben.
Boleslavienfis.

*S*iquis terrigenum tanto produceret ævum,
Quanto vixit humo tempore primus homo;
Non minus ac nosmet tandem vitam esse putaret
Exiguam, quæ ceu pulvis & umbra fugit.

L

Nec

Nectantùm exigua est vita hac; sed & amula ponti
 Quo ciet instabilis mille pericla Notus.
 Nam nihil in vita est, medio velut aqrove, tuti:
 Æque heic atque illic dira pericla fremunt.
 Exul homo hic ævum miseranda per omnia ducit,
 Cogitur & fãti lege perire traci.
 Utque semel desit, prope non vixisse putatur,
 Nam redit in cinerem, qui fuit ante cinis.
 Eheu! hoc tanta testantur fãta Ducissæ,
 Quã nihil Elysi majus in orbe fuit.
 Nam fuit excelsi metuens sine labe Jehova:
 Virtutum exemplar omnigenãmq; fuit.
 Prole Piastræos auxit sacunda penates:
 Auxit & addicti commoda ubiq; popli.
 Tam prestans, tam magna, tamen mala tedia vitæ,
 Non secus atque humiles, ferre coacta fuit.
 Tam prestans, tam magna, tamen post tedia mille
 In medio atatis flore perempta cadit.
 Dum cadit, in luctus Brega solvitur omnis amarus:
 Hunc casum excipiant ne graviora timet.
 Casus nempe graves sic numinis ira figurat,
 Dum pravo Heroos tollit ab orbe Duces.
 Sed requiesce tuas tandem Brega mesta querelas,
 Parcito Parcarum rodere dente manus.
 Non presaga DEI vindictæ Mortæ Ducissam
 Sustulit: ansa obitus grandior hujus adest.
 Hactenus illa velut fuit Amlæ gemma Bregæ,
 Aula illa ætheria sic modo gemma micat.

Ex debitâ subjectione & condolentiâ

agniam hanc accineb.

Marcus Gerhardus Bregens.

Vt

UT candela, trahens quocumque ex fomite flammam,
 Deficere actutum diminiq; solet;
 Quæque facem nitidam prius emittebat ad omnes,
 Defraudata suo protinus igne perit,
 Sic, quæ virtutum nobis aliquando lucerna
 Præfuit, & vitæ, Dux pia, norma piæ,
 Dum vitæ in cursu virtutibus omnia complet,
 Sublimique micat conspicienda throno,
 Deficit, ac sensim depasto humore fatiscit,
 Et tandem extincti luminis instar obit.
 Non tamen omninò (superest hoc nempe malagma)
 Surrepta est nostris Dux generosa focus.
 Vivit adhuc series virtutum posthuma, nunquam
 Quæ potis est tumulo aut marmore clausa tegi.
 Istæ HËROINÆ pietatem & facta recensent,
 Atque superstitibus sunt documenta piis.
 Sideribus quin ipsa etiam superaddita PRINCEPS
 Non extingvendo lumine dives ovat!

CYPRIANUS KINNERUS.

PARODIAL

Ex Horat. Od. 37. l. i. Nunc est bibendum.

Nunc est dolendum, nunc coma fletuum
 Riganda guttis: nunc miserabili
 Replere tectum aulæ Ducalis
 Iova jubet gemitu, Clientes.
 Antehac erat fas promere gaudia è
 Cordis latebris dum Patriæ PATREM
 Celissimum Illustrissima Uxor
 Vivida deliciis beabat;

L 2

Plane

Planè entheatâ cum subole, ah PATRIS
 Mæsti unicâ spe! Lætitiâ potens
 Parare, Virtutisque cultu
 Inclita: sed peperit dolorem
 Heu Martii Idûs quarta dies sequens,
 Et læta clari júbila Principis
 Convertit in longum ejulatum,
 Mors, Dominam à latere expetiram
 Ejus revellens, diluvies velut
 Agris aristas aut violas sacra
 Chloris nitentes flore in hortis
 Purpureis: daret ut sepulcro
 Illustre corpus, sed placitis DEI
 Ducissâ adhærens, nec rigidæ necis
 Expavit ictus, morbidos nec
 Sævo animo toleravit æstûs.
 Audita & hujus poscere terminum
 Ævi perennis vitæ avida, & suo
 Offerre se CHRISTO, ut beata s
 Ætheris ingrediatur arces,
 Solaris ignis lampade clarior.
 Exosa fœdum scilicet ausum Adæ,
 Victo Orbe & Orco clara Christi
 Sponsa perennem agitans triumphum.

PARODIA II.

Ex Hor. Od. 17. l. 1. Velox amanum.

Sacer Mæsites qui caput intulit
 Cælo beato CHRISTUS, & inclytana
 Deduxit Heroïnâ in oras
 Cælituum patriamque sedem;

In quo IEHOVAM supplice jugiter
 Colunt precatu & laude animæ piæ,
 Christum Redemptorem intuentes;
 Nec Stygii ausa timent colûbri,
 Nec turbulenti Martis imaginem;
 Chori audientes aligerûm entheis
 Hymnis, Ichovæ laudibusque
 Ætherios resonare tractus.
 Herois Illustris Tua faustitas
 Iovæ ecce cordi est: hinc tibi copia
 Donatur æternûm beatæ
 Deliciarum opulenta vitæ.
 Nunc in coruscâ sede poli Inferûm
 Vitabis umbras & lepidis modis
 Dices supernum Patrem & almam
 Progeniem, enthei & arrham amoris.
 Nunc terreis non pervia sensibus
 Cernes apertè; nec lacrimabilis
 Morbi tenebunt gloriosam
 Te mala; nec metues Satânis
 Beata fraudes, ne stabili è loco
 Te fraudulentâ dejiciat manu,
 Et privet addictâ coronâ
 Iustitiæ, ætherioq; amictu.

JOANNES LUCAS Olavienfis
ex Academiâ Francofurt. mitt.

D.O.M.S.

D. O. M. S.

IN HOC LOCULO, QUOD MORTALE FUIT,
DEPOSUIT,
IMMORTALE, COELO RESIGNAVIT
HEROINA INCOMPARAB.

RELIGIONE IN DEUM; PIETATE IN MARI-
TUM, PROLEM, PROPINQUOS; BENIGNITATE
IN SUBDITOS; EQUABILI MORUM SUAVITATE
ET GRAVITATE

ILLUSTRISSIMA PRINCEPS AC DOMINA,
DN. DOROTHEA SIBYLLA,

PATERNA DOMO SEPTEMVIROR.
BRANDEBURGICOR. AUGUSTA NATA
IOAN. GEORG. PATRE, JOACHIMO SECUNDO AVO,
IOACH. PRIMO PRO AVO, JOANNE ABAVO,
ALBER. ACHILL. CERM. ATAVO,
FRIDERICO PRIMO TRITAVO;

MATERNA LINEA, EDITA EX STIRPE;
IAM ULTRA MILLE ANNOS CELEBERRIMA
ASCANIÆ ET ULSINOR. PRINCIPP.

ELISABETH. PRINC. ANHALTINÆ F.
JOACH. ERNESTI NEPTIS,
JOANNIS PRONEPTIS, ERNESTI ABNEPTIS,
GEORGI ATNEPTIS,
SIGISMUNDI TRINEPTIS,

CONIUX PER ANNOS XIV. MENSES III. DIES V.
ILLUSTRISS. AC CELSISS. PRINC. AC DOMINI,
DN. JOANNIS CHRISTIANI
DUC. SILES. LIGNICENS.
AC BREGENS:

MATER FOECUNDA AC SECUNDA:
UNDENO PARTU XIII LIBEROS, EX IIS PRINC.
MARES IV. FOEMELLAS II. HODIEQUE
SUPERSTITES ENIXA:

INTER PRÆCLARISSIMA
DOCUMENTA SALUTARIS ET ACTUOSÆ
PER BONA OPERA FIDEI, SPEI, CONSTANTIÆ,
SOLATI, HORA SEMIVNDECIMA
NOCTIS,

QUÆ PRÆCESSIT DIEM XX MARTI. AN.
cl. 1735. VITA HONORIFICENT. ACTA
ANNOS XXXIV. MENSES VII.
LUBENS, LÆTA, BEATA
EXSPIRAVIT.

CORPUS TERRÆ USQUE AD MAGNUM DIEM
CENSORIUM D. XIV MAI. AN. DICTO
MANDATVM FUIT.

DECURIA MELETEMATUM,
QUAM

In Obitu

SERENISSIMÆ PRINCIPIS
ac Dominae

Dn. DOROTHEÆ SIBYLLÆ

ê Potentis- Elector- Brandenburg.

DOMO

Ducisæ Silesiæ Ligio- Bregensis,

SERENISSIMO PRINCIPI

ac Domino

Dn. JOHANNI CHRISTIANO,

DUCE SILESIORUM

LIGNICENSIUM AC

BREGENSIUM

Impubb. Principp. Illustris. luctu squalidis & atratis

Humillimo animo subjectissimè

offert

G Merisch.

BREGÆ

Typis Augustini Gründeri. A. C. MDCXXV.

